This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



SUPPLEMENTUM

EDITIONIS

BASILICORUM

HEIMBACHIANAE

LIB. XV—XVIII BASILICORUM CUM SCHOLIIS ANTIQUIS INTEGROS

NEC NON

LIB. XIX BASILICORUM

NOVIS AUXILIIS RESTITUTUM

CONTINENS.

EDIDIT

PROLEGOMENIS VERSIONE LATINA ET ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRAVIT

CAROLUS EDUARDUS ZACHARIAE A LINGENTHAL

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR, INSTITUTI ARCHAEOLOGICI ROMANI SOCIUS, EXPROFESSOR HEIDELBERGENSIS, DOMINUS IN GROSSKMEHLEN.

LIPSIAE 1846.

SUMTIBUS JOH. AMBROSII BARTH.

BODLEIAN LAW LIBRARY
D
22 FEB 1989

F. H. LAWSON.

Barry Nicholas,
Brasenose College,
Oxford.

PRESENTED TO
THE BODLEIAN LIBRARY
BY
BARRY NICHOLAS

LAW

Roman 675 H467b

SUPPLEMENTUM

EDITIONIS

BASILICORUM

HEIMBACHIANAE

LIB. XV—XVIII BASILICORUM CUM SCHOLIIS ANTIQUIS INTEGROS

NEC NON

LIB. XIX BASILICORUM

NOVIS AUXILIIS RESTITUTUM

CONTINENS.

EDIDIT

PROLEGOMENIS VERSIONE LATINA ET ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRAVIT

CAROLUS EDUARDUS ZACHARIAE A LINGENTHAL

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR, INSTITUTI ARCHAEOLOGICI ROMANI SOCIUS, EXPROFESSOR HEIDELBERGENSIS, DOMINUS IN GROSSKMEHLEN.

LIPSIAE 1846.

SUMTIBUS JOH. AMBROSII BARTH.

BODLEIAN
LAW LIBRARY
22 FEB 1989
D

§. 3.

Codex S. Sepulcri, de quo diximus, membranaceus est, in forma quarta, quam vocant, exaratus. Constat hodie foliis 222; initio autem mutilus est, atque etiam in medio Codice quaedam passim folia exciderunt. Continet:

I. Fol. 1—210 Constantini Harmenopuli Hexabiblum. (Cf. *Delineatio* §. 49.) Fol. 1 incipit in fine *μελέτης*, quae sub titulo: *Κριτῶν προκατάστασις* Hexabiblo praeposita est. Post eam est: *Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα εἰς τοὺς κριτὰς παρὰ λέοντος καὶ ἀλεξάνδρου* a Leunclavio edita. Sequitur titulus et protheoria et index operis, et sic demum fol. 6 incipit Hexabibli lib. I tit. 1. In fine libri VI (fol. 202. b. sqq.) adduntur: *Ἕτεροι τίτλοι διάφοροι*, (nimirum *περὶ ἀξιωμάτων τί. α', περὶ κανόνων διαφόρων τί. β', περὶ σημασίας ὀνομάτων τί. γ', περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων τί. δ',*) in quorum fine fol. 210. b haec nota legitur: *Τέλος σὺν θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου. ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. ζ' ἔτους ,ϛωξβ' : — οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαι* (l. *εὔχεσθε*) *διὰ τὸν κύριον.* — i. e. *Finis cum Deo totius Hexabibli. Finitus est praesens liber mense Decembri Ind. VII anno VIMDCCCLXII* (p. Chr. n. 1354). *Qui legitis, orate per dominum.*

II. Folia 211 sqq. alia recentiori manu exarata sunt. Continentur iis: Donatio a Constantino M. in Sylvestrum pontificem collata, tres tomi synodici, leges rusticae, corollaria quaedam ad Hexabiblum, Harmenopuli de orthodoxa fide et de sectis libellus, officia palatii, dispositio thronorum, quae etiam in aliis Hexabibli Codicibus appendicis loco adscripta reperiuntur*).

§. 4.

Folia illa 222, quibus Codex S. Sepulcri constat, ex aliis antiquioribus Codicibus sumta et, veteri scriptura abluendo deleta, rescripta sunt. Et quidem

1. folia 217 — 222 avulsa sunt ex Codice antiquissimo uncialibus literis in forma quarta maiori exarato, quem saeculo VII vel VIII tribuendum esse crediderim. Is Codex atramento scriptus erat, quod remediis reagentibus frustra revocare studui. Pauca tantum verba legi potuerunt, quae librum ecclesiasticum, puta *ὁμιλίας* complexum, indicarent.

2. Reliqua folia (praeter fol. 22 et 29) olim pertinebant ad *τεῦχος τῶν βασιλικῶν*. Is Codex in folio exaratus fuit, ita ut ex singulis eius foliis, dum rescriberentur, bina folia effecta sint, in quibus lineae scripturae antiquioris a lineis scripturae recentioris secantur. Ita hodie folia primitivi Codicis nonnisi centum et duo integra**) et folia decem dimidiata supersunt.

3. Denique folium 22, et folium 29 cum illo cohaerens, quod fortasse olim Codici Basilicorum modo laudato tegumenti loco adglutinatum fuit, in parte interiori instrumentum continet anno 1217 exaratum, a tergo autem vestigia scripturae palimpsestae nulla habet.

§. 5.

Instrumentum, quod in foliis 22. a et 29. b exstare diximus, ita, quemadmodum nobis lectum fuit, edamus. Pauca hic illic supplevimus, quae legi non poterant: eaque, quo melius a reliquis distinguerentur, uncinis inclusimus: alia per parenthesin emendavimus. Igitur instrumentum illud, cuius inscriptio ab initio mutila est, sic audit:

| . . . . *ἀρχῆς τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς μελλούσης ἕκτης ἰνδ. τοῦ ,ϛψκϛ' ἔτους καὶ παρέχειν ἑτοίσιος* (l. *ἑτησίως*) *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ τρίτου χρόνου* | *τὸ ἀναλογοῦν πρὸς δώδεκα μοδίων τὸ ὑπέρ*[*πυρον*]. |

ἐγράφη ταῦτα διὰ χειρὸς [*ἑρμογένους*] | *ἰνδ. ε' ἔτους ,ϛψ*[*κε'*] | *μηνὶ ἰουνίῳ ἰνδ. ε'.* |

σὶ νικολάου τοῦ γαμ- βροῦ τοῦ τζυκαλᾶ. ✝ *Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου*]*πνεύματος νικόλαος ὁ γαμβρὸς τοῦ ζυκαλᾶ, ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν* | *σταυρὸν ἰδιοχείρως ἐνταῦθα ποιήσας, ἐξελαβόμην κατὰ πρώτην ἔκδοσιν ἀνακαμπτικῷ τρόπῳ ἀπὸ σοῦ* | *τοῦ πανσεβάστου*

*) Videatur Reitzii adnotatio in calce Harmenopuli ab ipso editi (Meerman Thesaur. to. VIII) et Biener de collectionibus canonum p. 78. *Delineatio* §. 49.

**) Ex his unum folium iam olim erat rescriptum, quo factum est, ut in eo nunc triplex scriptura, altera alteri superindita, appareat. Antiquissima scriptura in „Querfolio", quod dicimus, per tres columnas procedebat, ita ut in hoc folio lineae bis invicem intersectae sint. Denique haec antiquissima scriptura, quantum colligi potuit, Slavica fuisse videtur.

σεβαστοῦ καὶ δούλου τοῦ χραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ ἰσαακίου τοῦ κομνηνοῦ ἐκ τῶν ἐν τῇ περιοχῇ | τοῦ κούνακος ἐξ ἀγορασίας περιελθόντων σοι ὅσων καὶ οἵων τοπίων· ἀπὸ διαφόρων προσώπων τιμῆμα μοδίων βασιλικῶν τριῶν, πλησίον κείμενον | τῶν ἐκεῖσε νῦν ὁμοίως ἐκδοθέντων παρὰ σοῦ ὁμοδούλων δικαίων πρὸς τὸν δραγίναν θεόδωρον, ἐπὶ τῷ δι' οἰκείων ἐξόδων μου κατακυλίσαι | τὸ αὐτὸ τιμῆμα καὶ οἰνόφυτα καταφυτεῦσαι καὶ εἰς ἀμπελῶνα μεταμεῖψαι, καὶ κατέχειν αὐτὸν σὺν τῷ μέρει μου πρὸς τὸ καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ πᾶσαν πρόσοδον | μονομερῶς ἀποφέρεσθαι ἐπὶ χρόνοις εἴκοσι καὶ πέντε, ψηφιζομένοις ἀπ' ἀρχῆς τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς μελλούσης ἕκτης ἰνδ. τοῦ ,ϛψκϛ' ἔτους, καὶ παρέχειν ἐτησίως χάριν | τοῦ γενησομένου ἀμπελῶνος πρὸς σὲ καὶ τὸ μέρος σοῦ, οὐκ ἀπεντεῦθεν ἀλλὰ μετὰ παραδρομὴν χρόνων δύο ἤτοι ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ τρίτου, τὸ ἀναλογοῦν πρὸς δώδεκα | βασιλικοὺς μοδίους τῷ ἐνὶ ὑπερπύρῳ π . . τ . ἤττοι κομνία ὑπερπυρικὰ ἐξ εὐγνωμόνως ἢ ἀποθελῶς, καὶ λαμβάνειν ἀπόδειξιν [ἐπὶ τῇ τοῦ] τέλους κατα[βολῇ] | προβαίνειν ὀφείλουσαν· καὶ μετὰ τὴν ἐκμέτρησιν τῶν τῆς παρούσης ἐκδόσεως εἴκοσι καὶ πέντε χρόνων τῆς βελτιώσεως αὐτῶν τῆς περισωζομένης πάλιν | ἐπανακάμπτειν ἡμᾶς ..... καὶ τὸ μέρος μου εἰς ἑτέρους ἰσαρίθμους χρόνους, καὶ διδόναι τότε διπλοῦν τὸ εἰρημένον τέλος καθάπαξ, | ἔκτοτε δὲ εἰς τὸ ἁπλοῦν αὐτὸ παρέχειν κατὰ τὸ σύνηθες, καὶ καθεξῆς ὁμοίως ποιεῖν μέχρις ἂν ὁ παρὼν διαρκοίη αἰών, ἐκπληροῦν | καὶ πάντα ὅσαπερ ἐν τοῖς ἐκληπτορικοῖς ἐγγράφοις ἀνέκαθεν καὶ κατὰ νομικὴν παρατήρησιν ῥητὰ ἐπεκράτησαν, κἂν καὶ ἐνταῦθα κατὰ ῥῆ[μα] | οὐκ ἐνεγράφησαν. εἰ δὲ κἀκεῖνα πάντα οὐ φιλάττετε (l. φυλάττεται) ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαράθραυστα, ἵνα καὶ ἡ παροῦσα ἔκδοσις τὸ ἄκυρον ἕξει καὶ τῆς βελτ[ιώσεως] | ἐκπίπτ[ω] κατὰ θείου νόμου διαταγὴν, ἐπανερχομένης ταύτης εὐθὺς πρὸς σὲ καὶ τὸ μέρος σοῦ προφάσεως τινὸς ἄνευ. τούτων δὲ οὕ[τως] | παρ' ἡμῶν ... ἐξ .. καὶ ἀπαραθραύστως συντηρουμένων, οὐδὲ σὺ ἢ τὸ μέρος σοῦ πειραθῇτέ ποτε τῶν καιρῶν ἐξῶσαι ἡμᾶς τῆς νομῆς καὶ κατ[οχῆς] | τοῦ γενομένου ἀμπ[ελῶνος] ἢ πλέον τι τοῦ ἀναγεγραμμένου τέλους ἐπιθεῖναι ἡμῖν ἢ καὶ ἄλλως πῶς εἰς ἀνατροπὴν τοῦ παρόντος ἐγγράφου γρά[μματος] | καὶ τὸν .... βουλήσεως ὑπόνοιαν πρ ...μας πρόστιμον ὑπέρπυρα εἴκοσι καὶ πρὸς τὸν ..... | περιουσίαν ἡμῶν πρὸς ᾧ καὶ οὕτως ἐῤῥῶσθαι τὸ παρὸν τῆς ἐκλήψεως ἔγγραφον σὺν τῷ τῆς ἐκδόσεως ἰσοτύπῳ αὐτῆς. ἐγράφη ταῦτα διὰ χειρὸς | κληρικοῦ τοῦ ἑρμογένους ἐκ προτροπῆς τοῦ θειοτάτου σακελλαρίου καὶ ταβουλαρίου κυροῦ ἱερεμίου τοῦ χειμαδᾶ μηνὶ ἰουνίῳ ἐπινεμήσεως ε' ἔτους ,ϛψ[κε'] | ἐνώπιον τῶν ὑπογεγραμμένων. |

† Μανουὴλ ἱερεὺς καὶ κληρικὸς ἀβαράγων τῶν ἐκληπτορικῶν ἐγγράφων παρὼν καὶ μαρτυρῶν ὑπέγραψα. |

† Ὁ ἅγιος σοφώτατος πρωτοκανονάρχος δημήτριος ὁ δελφινᾶς τῶν ἐκληπτορικῶν ἐγγράφων παρὼν καὶ μαρτυρῶν ὑπέγραψα. |

† Ὁ γραφεὺς δημήτριος συμμαρτυρῶν ὑπέγραψα. |

† Ὁ σακελλάριος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως θεσσαλονίκης καὶ ταβουλλάριος ἱερεμίας διάκονος ὁ χειμαδᾶς βεβαιῶν ὑπέγραψα. |

Hoc documentum historiae Codicis nostri enucleandae insigniter, nisi fallor, inservit. Primum enim ex eo probabiliter colligitur, Basilicorum Codicem Thessalonicae exaratum eundemque ibidem rescriptum esse: nam certe documentum illud Thessalonicae scriptum et asservatum fuisse videtur, quum iussu Sacellarii metropoleos Thessalonicensis confectum esse dicatur. Deinde ex eodem instrumento, quod anno p. Chr. n. 1217 scriptum est, fortasse aetas Codicis Basilicorum rescripti certius definiri potest. Scriptura enim eius instrumenti similis est scripturae minutae, qua scholia ad textum Basilicorum in eo Codice plerumque exarata sunt: ut proinde non sit a vero dissimile, eundem clericum Hermogenem, qui illud conscripserit, circa idem tempus etiam Basilicorum Codicem manu sua exarasse.

§. 6.

Scripturam filiorum 1 — 216 *παλίμψηστον* variis remediis, veluti gallae infuso, quod Göschenio et Bekkero in Codice Veronensi Gaii unice se probaverat, aliquamdiu frustra tentavi. Postea virum celeberrimum atque experientissimum, Leopoldum Gmelin, professorem chimices Heidelbergensem, adii, ut pro ea, qua erga me est, benevolentia remedia Codici legendo aptiora anquireret et circumspiceret. Eius tandem opera atque industria remedia mihi suppeditavit, quibus scriptura antiqua, sicubi vel levissima eius vestigia superessent, facile legi posset. Remedia haec erant:

1. Kali ferro-borussicum, quo folia Codicis prius inducenda erant, ne atramentum recentioris scripturae dissolveretur.

2. Kalium sulfocyanatum in acido hydrochlorico diluto solutum, quo indito, postquam folia kali ferro-borussico inducta desiccata erant, scriptura antiqua illico vividis coloribus apparebat.

His igitur remediis adhibitis pleraque expedire contigit, quamquam subinde aut literae singulares aut integra verba adeove lineae in lucem protrahi non potuerunt.

§. 7.

Scriptura Codicis nostri, id quod supra observavimus, saec. XII exeunti vel XIII ineunti debetur. Simillima est scripturae Codicum MSS. graecorum Parisiensium Coislin. 152 et Reg. 1350, quorum ille lib. XI — XIV, hic lib. LX Basilicorum cum scholiis continet. Imo hi tres Codices olim integri Basilicorum operis, ab iisdem librariis descripti et in plura volumina divisi, partem effecisse videntur. Neque enim obstare crediderim, quod scholia eorum Codicum variae indolis sunt; ut apud nostros olim quinque volumina, quae Corpus Iuris efficerent, ex variis editionibus colligebantur, ita etiam apud Graecos fieri potuit, ut singula integri Basilicorum operis *τεύχη* ex variis recensionibus describerentur.

Oeconomia scripturae eadem paene est, quam praestant Codices Digestorum, Codicis et Institutionum cum apparatu. Textus in media pagina introrsum maioribus literis exaratus est: scholia minoribus literis scripta supra, infra et a latere in margine habentur. Passim inter lineas glossae sunt: nonnunquam in extremo margine recentiorum adnotationes. Quae si accuratius cognoscere vis, adi *Ἀνέκδοτον* meum §. 2 laudatum, in quo quasi effigiem foliorum quinque Codicis nostri edidi.

Scriptura scholiorum abbreviationibus abundat et lectu longe difficilior fuit, quam textus: maxime quum una eademque abbreviatio aliquando varias voces significet: sic $\overset{\alpha}{\pi}$ modo *πάλιν*, modo *παλαιὸς*, modo *παρὼν* legendum erat.

Quatuor ultima folia nostri Codicis alia manu exarata sunt, quam reliqua omnia. Nempe posteriori tempore suppleta sunt, quum iniuria temporum ex Codice primitivo excidissent. In iis hoc observatu dignum erat, quod singulis scholiis signum aliquod praepositum erat, cui in textu idem signum inter lineas repetitum respondebat. Librarius scilicet, scholia ad ipsum textum pertinere ratus, verba locosve in textu notare voluerat, ad quos scholia referenda essent.

§. 8.

Codex S. Sepulcri Basilicorum, dum integer erat, libros XV — XVIII cum scholiis complectebatur: hodie tamen folia circiter quadraginta desunt. Igitur plus habet, quam Codices MSS., qui hactenus innotuerunt, vel editiones hactenus vulgatae.

Quod enim ad *textum* Basilicorum attinet, lacunas in libris XVI et XVII adhuc relictas paene totas explet. (Cf. editionis nostrae p. 83 — 89. 129 — 135.) Liber autem XVIII in hoc demum Codice genuinus apparet, nisi quod sex aut septem folia ex Codice exciderunt.

Scholia editiones ad libros XV — XVIII paucissima habent, eaque recentiora aut ex antiquioribus depravata. Noster demum Codex antiqua scholia genuina praestat, eoque maxime fit, ut editioni Heimbachianae insigne supplementum sit.

II. *De editione librorum XV — XVIII Basilicorum e Codice Constantinopolitano.*

§. 9.

Editionem librorum XV — XVIII Basilicorum ita paravi, ut Codicem Constantinopolitanum in universum fideliter exprimerem. Lacunas in eo relictas quantum fieri potuit ex editione Heimbachiana aliisve fontibus supplere studui. Ubi folia integra deessent, textum ex editione Heimbachiana purum putum repraesentavi. Si tantum legi non possent, quae Codex praestaret, supplementa partim ex Heimbachianis partim ex ingenio addidi eaque uncinis inclusi. Si supplementa deficerent, lacunas punctis vel lineolis indicavi: puncta singulas literas vel notas lectas non esse indicant: hae lineolae || literam longiorem scholiorum septuaginta circiter literarum: lineola —, literam breviorem scholiorum viginti quinque vel etiam triginta literarum expediri non potuisse significat.

Graecis addidi versionem latinam. In qua conficienda magis id egi, ut Graeca fideliter, quam ut aurea latinitate redderem: versionem textus, quam HEIMBACHIUS post alios dederat, huic consilio accommodavi. In margine, exemplum FABROTI et HEIMBACHII sequutus, locos textui convenientes ex Digestis, Codice ac Novellis excitavi. Infra accedunt notae, aliae ad textum aliae ad scholia, criticae potissimum indolis.

§. 10.

Editionis meae ratio ab ea, quae FABROTO et HEIMBACHIO placuit, eo potissimum differt, quod scholia nova plane methodo adornavi et pertractavi. Qua de re hoc loco repetere nolo, quae fusius disputavi in annalibus RICHTERI et SCHNEIDERI (Jahrgang IV Heft VI S. 495 — 499).

Scholia Basilicis primitus addita, licet nonnunquam adnotationes recentiores ad ipsa Basilica exhibeant, plerumque tamen excepta sunt ex commentariis antiquiorum ICtorum, qui tribus et quod excurrit saeculis ante Basilicorum repurgationem vixerunt et ad Digesta, Codicem ac Novellas commentati sunt. Haec igitur scholia interpretationes fontium iuris Iustinianei, neque vero proprie Basilicorum continent, et ut recte intelligi possint, quaerendum est, a quonam auctore ad quosnam locos sive Digestorum sive Codicis sive Novellarum scripta sint. Iam vero, quum indagatio huius rei, si qua alia, ad officium editoris Basilicorum pertinere videretur, quo magis Basilica sua interpretibus iuris Romani commendaret, oeconomiam scholiorum, naturam indolemque commentariorum ex quibus desumta sunt, dicendi disputandique genus cuique auctori proprium penitius exquirere studui. Ita tandem effectum est, ut indolem uniuscuiusque scholii definire posse mihi visus sim, modo indiciis haud ambiguis modo coniecturis tantum *). Itaque in fronte latinae versionis cuiusque scholii et auctorem (Stephanum, Anonymum, Enantiophanem, Cyrillum, Cobidam, Thalelaeum, Theodorum,) indicavi et locum fontium iuris Iustinianei ad quem proprie pertineret. Qua in re probe sentio, quantam fidem a lectoribus mihi vindicem: rationes autem cur sic vel sic definiverim, adducere longum fuisset. Quae generaliter disputare possim de auctoribus antiquiorum scholiorum et de commentariis eorum ex quibus haec scholia ad Basilica transscripta sunt, haec omnia olim iam brevi tractatu composita publici iuris feci in annalibus RICHTERI et SCHNEIDERI (Iahrgang VIII Heft IX S. 794 — 828), eaque lectores rogo ut attente legant, quo magis scholia Basilicorum recte iudicent et ad interpretationem iuris Iustinianei adhibeant.

§. 11.

III. *De libri XIX Basilicorum restitutione a me tentata.*

De restitutione libri XIX Basilicorum post FABROTUM et HEIMBACHIUM denuo a me tentata brevis sermo esto. HEIMBACHIUS meliora longe et pleniora dedit, quam FABROTUS. Sed fervore restituendi eo abreptus est, ut ex subsidiis fontibusve Basilica sua restituere voluerit, quae genuinum Basilicorum textum nequaquam repraesentant. Sic tit. 1 cap. 4. 5 (l. 4. 6. pr. D. XVIII, 1) restituit e Photii Nomocanone, et eiusdem loci alias versiones addit ex Collectione constitutionum ecclesiasticarum: quamquam Photius Basilicis non est usus, et ipse HEIMBACHIUS notare necesse habuit: „Uterque locus e Coll. const. eccl. desumtus textum quidem Basilicorum non continet: nec vero putavi eum omittendum, cum huic valde similis sit.“ Atqui hoc profecto non est restituere Basilica, sed potius versiones locorum iuris Iustinianei per fontes iuris Graeco-Romani dispersas ad ordinem Basilicorum in unum colligere! Praeterea HEIMBACHIUS ad restitutionem libri XIX Tipucito usus est. Is autem nonnisi indicationes argumenti sive summaria singulorum deinceps capitum et thematum cuiusvis tituli praestat, ut sane duce eo restitutio fieri debeat, ipse autem textus Basilicorum ex eo restitui nequeat. Igitur minus recte fecit HEIMBACHIUS, quod Tipuciti summaria textui restituto immiscuit, rectius facturus, si Tipucitum integrum separatim edidisset aut textui subiecisset.

*) Illud unum mihi non contigit, ut quae ex Anonymi Digestis, quaeque ex eiusdem auctoris libro singulari περὶ ἐναντιοφανῶν desumta essent, a se invicem recte distinguerem. Ita fit, ut quae Anonymo tribuerim, nonnunquam Enantiophani vindicanda sint. — Caeterum hac occasione data etiam id notare operae pretium est, παραγραφάς Anonymi ad summam Digestorum ab ipso conscriptam ut plurimum non esse nisi epitomas indicum vel adnotationum, quas Stephanus ad Digesta ἐν πλάτει conscripserat.

Denique HEIMBACHIO nonnulla auxilia restitutionis, veluti Epanagoge aucta et *Πεῖρα* sive Doctrina ex actis Eustathii, ad manus non fuerunt, quae tamen *centum* circiter *et viginti* locos hactenus incognitos ex libro XIX Basilicorum suppeditant.

Itaque operae pretium esse putavi, si repurgatis iis, quae HEIMBACHIUS a Basilicis aliena non iure immiscuerat, et adiectis, quae Epanagoge aucta et *Πεῖρα* praestarent, novam restitutionem libri XIX adornarem. In quo id potissimum egi, ut regulas sequerer de restitutione Basilicorum in annalibus RICHTERI et SCHNEIDERI (Jahrgang VI Heft VI S. 501 — 508) a me propositas, atque eos tantum locos in restitutionem meam reciperem, quos *Βασιλικὸν* continere certissima indicia demonstrarent. Tipucitum autem libri XIX, quem primum integrum adiicere animus erat, nunc praetermisi, quum HEIMBACHII iunioris schedae a fratre seniore eodemque editore Basilicorum liberalissime mecum communicatae integrum Tipuciti apographum non contineant, et lacunarum in iis relictarum ex ipso Codice Vaticano supplementa ab amicis, quibus hanc curam demandaveram, necdum ad me transmissa sint.

Dabam in villa Grosskmehlen apud Ortrand.
Idibus Martiis anni 1846.

Zachariae a Lingenthal.

ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

BASILICORUM

LIBER XV.

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

Περὶ πραγμάτων ἐκδικουμένων καὶ φανερώσεως αὐτῶν.

α'. Ἡ ἰδικὴ ἀγωγὴ κινουμένη περὶ δεσποτείας χώραν ἔχει ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον κινητῶν, ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, καὶ ἐπὶ τῶν ἀκινήτων.

Καὶ ἐπὶ ὑπεξουσίου υἱοῦ προσθήκη αἰτίας· περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ τύπος ἐναγωγῆς ἁρμόζει, καὶ παραγγελία καὶ ἐξστραορδιναρία διάγνωσις [1]).

Ἁρμόζει [2]) ἡ ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγὴ καὶ περὶ ἑκάστης ἀγέλης προσηκούσης τῷ κινοῦντι [3]), κἂν τὰ καθ' ἕκαστον τῆς ἀγέλης ἀλλότρια ὦσιν.

καὶ [a]) οὕτως ἐπὶ ἑνὶ πράγματι κινεῖν νομίζεται τὴν ἐν ῥέμ. οἶδας γὰρ μαθὼν ἐκ τοῦ δὲ λεγάτις τί. τῆς β' τῶν ἐνστιτ. ὅτι ἀγέλη [ἐστὶν] ἓν σῶμα ἀπὸ διαφόρων ἤτοι πολλῶν κεφαλαίων. εἶπον δὲ σοὶ καὶ ἐν τῷ ἴνδικι, ὅτι δέκα πρόβατα ποιοῦσιν ἀγέλην, δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὁ ὑπὲρ τὰ πλείονα [b]) οὐ μὴν ὁ ἐλάττων τῶν ι' προβάτων ἀριθμὸς, καὶ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν καλλίστρατον ἐν τῷ μζ' βι. τί. ιδ' καὶ διγ. γ'. [c])

τοῦτο πρὸς τὸ μᾶλλον λέγεσθαί φησιν, ὅτι κἂν εὑρεθῶσιν ἀλλότρια πρόβατα συναναμιγέντα τῇ ἀγέλῃ, βόνα φίδε μέντοι, καὶ ταῦτα τῇ ἀγέλῃ συνπάγονται, καὶ διὰ τῆς [ἐπὶ τῇ] ἀγέλῃ κινουμένης σπεκιαλίας ἐν ῥέμ ἀπαιτοῦνται ταῦτα, ἐν ᾧ δηλονότι μὴ δεσπότης ἐστὶ τῶν ἀλλοτρίων θρεμμάτων ὁ ἐναγόμενος, κατὰ μ .... τοῦ π ..... τοῦ παρόντος τί.

TITULUS I.

De rebus vindicandis et exhibitione eorum.

[Dig. VI, 1. Cod. III, 32.]

I. Specialis actio, quae de proprietate intenditur, locum habet in rebus singulis mobilibus, tam animalibus quam inanimatis, et in immobilibus. *L.* 1 §. 1. *D.* VI. 1.

Et in filio, qui in potestate est, adiecta causa. De filio autem et praeiudicium competit, et interdictum, et extraordinaria cognitio. §. 2.

Competit in rem actio etiam de quovis grege, qui ad agentem pertinet, licet singula capita gregis aliena sint. §. 3.

(*Initio complura desunt.*)

1. [*Steph. ad l.* 1 §. 3 *verb: etiam gregem.*] et sic de singula re intelligitur in rem actionem intendere. Didicisti enim tit. *de legatis* [§. 18] lib. II Instit. gregem esse unum corpus ex diversis sive multis capitibus constans. Caeterum dixi tibi etiam in *Indice*, decem oves efficere gregem, — nempe etiam maiorem, non autem minorem quam X ovium numerum, — et hoc dixisse Callistratum lib. XLVII tit. 14 dig. 3.

2. [*Steph. ad l.* 1 §. 3 *verb: gregem sufficiet ipsum nostrum esse.*] Hoc ait propter id, quod mox dicetur, nimirum si alienae oves gregi mixtae sint, bona fide scilicet, etiam hae cum grege in iudicium deducuntur et speciali in rem actione ob gregem mota petuntur, nisi forte reus alienorum animalium dominus est, secundum ..... huius tituli.

1) *Fabrot.* et post eum *Heimbach.* e Cod. Paris. reg. gr. 1352 scholia nonnulla ad has §§. habent, quae ex antiquioribus scholiis depravata esse videntur. Ista, ut similia in sequentibus, hoc loco repetere nolo.

2) Inc. fol. 123. 124.

3) Cod. inter lineas glossam habet: ζήτει κεφ. γ'.

a) Hic incipit fol. 123. 124. Scholia, quae sequuntur, in proximo margine circa textum scripta sunt. In extremo margine huius folii recentiori manu aliae quaedam recentiorum adnotationes adiectae sunt, quae tamen vix legi possunt. Primo est prolixa adnotatio, cuius haec verba legere potui: ..... ὑπεξουσ ... αυ ... κυσ ..... νομίμως ..... κατὰ τοῦ υἱοῦ ἀλλὰ κατὰ ..... τον πρὸς γὰρ τὸν υἱὸν μόνη διάγνωσίς ἐστιν ἀρχοντικὴ εἴτε ἐστιν ὑπεξούσιος εἴτε μὴ ..... οὐχ ἁρμόζει ..... ἀλλὰ μόνος τύπος ἤτοι διάγνωσις ἀρχοντικὴ ..... το τελευτ. κεφ. τοῦ αὐτοῦ τί. φησὶν εἰ προαιρεσ .. εστιν παρὰ .... ὑπεξ .... μου .... παράγγελμα .... εἰ δὲ σὺ πηρ αὐτοῦ λέγεις εἶναι ..... τοῦτον παρασιῆσαι ζητεῖ καλῶς ..... καλῶς δὲ πρόσκειται τὸ τύπος ἐξ ἀγωγῆς ἁρμόζει διότι καὶ τα πραιτουδικια ἀγωγαὶ λέγεται ..... καὶ αἱ ἐν πράγμασι καὶ αἱ προσωπικαὶ δηλονότι καὶ διρίκται καὶ ουτιλίαι καὶ πραιτουδικιάλιαι etc. etc. Deinde alia est ad cap. 1 them. 3: πόσα μὲν πρόβατα ποιοῦσιν ἀγέλην, τουτέστι δέκα, πόσοι χοῖροι, τουτέστιν ε', φησὶ ογ κεφ. τοῦ κε' τί. τοῦ ζ βι. Et ad eiusdem thematis finem: τουτέστι κἂν πᾶσα ἡ ἀγέλη εἰς αὐτὰ μόνα τὰ ἀλλότρια περιστῇ. Et ad cap. 2: ἅπαξ τὸ τῆς ἀγέλης ὄνομα προσειλάβετο, διὰ τοῦτο ὡς ἰδίαν διὰ τῆς ἐν ῥέμ ἐνδικεῖ. ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει ζήτει τὸ γ' κεφ. Reliqua eruere non potui.

b) Malim δέκα pro πλείονα. Codicis lectio dubia est.

c) Cod. ιγ'.

L. 2. *D.* VI. I.

β'. Paul. Εἰ δὲ ἐξ ἴσου δύο τισὶ διαφέρει, οὐδέτερος αὐτῶν δύναται [4]) τὴν ἀγέλην ὅλην ἐκδικεῖν, οὔτε τὸ ἥμισυ. εἰ δὲ τὸ τοῦ ἑνὸς μέρος μεῖζόν ἐστιν, ὥστε μετὰ ἐξαίρεσιν (τῶν)[5]) ἀλλοτρίων ἀγέλην εἶναι, ἐκδικοῦντος[6]) αὐτοῦ τὴν ἀγέλην, οὐχ ὑπάγονται τὰ ἀλλότρια.

II. *Paul.* Sed si ad duos ex aequa parte pertinet, neuter eorum totum gregem vindicare potest, neque etiam dimidiam partem. Si vero pars unius maior sit, ut detractis alienis capitibus grex sit, si idem gregem vindicet, non deducuntur [in iudicium] aliena capita.

ἐρώτ. ἆρα δὲ ὁ τῆς ἀγέλης κύριος δύναται οὐσουκαπιτεύειν τὰ ἀλλότρια συναναμιγέντα τῇ ἀγέλῃ αὐτ ..... ουδ .. γὰρ .. ρεμ ἕτερον οὐσουκαπιτεύειν δύναται ὡς δὲ θρεμμα ...μ. ο.. δύναται οὐσουκαπιτεύειν καὶ συν .... τοῦτο ... κε ... μογενης ἐν τῷ κγ' διγ.

Steph. Quaestio. Num autem gregis dominus usucapere potest aliena capita gregi immixta .... dig. 23 [§ 7].

προθεώρησον. ἀξεσίων (?) .. μοτ .. — ἀγελαζόμενα ι' πρόβατα ποιοῦσιν ἀγέλην. το[ῦτο εἰδὼς] ἐλθὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον. εἰρήκαμεν ὅτι [διὰ τῆς σπεκιαλίας] ἐν ῥέμ δυνάμεθα [τὰ] καθ' ἕκαστον — — — — — — — — — — — — ‖[d]) ‖[e]) ‖ ‖[f]) [ἐκ]δικεῖ. ἀρκεῖ γὰρ τὸ τὴν ἀγέλην εἶναι ἡμετέραν ..... ἕκαστον τῶν θρεμμάτων τὸ μετὰ τὰ ι' τῆς ὁμάδος ἐκδικούμενον ἡμετ[έρ.] ἀγέλ .... [ἐκδι]κεῖται καὶ εἰκότως τῷ [αὐτῷ] δικαίῳ καὶ τὰ ἀλλότρια [τῇ ἡμετέρᾳ] ἀγέλῃ συναναμιγέντα ..... κω μονον βονα φίδε ..... δεξάμην νομήν. τοῦτο γὰρ ὁ οὐλπιανὸς ἐν τῷ [γ'] διγ. φησὶν. ὥστε μὴ διαντιω .... θεματος μζ.

Steph. [*ad l.* 2]. Quae autem gregis dominus usucapere potest aliena capita gregi immixta ..... dig. 23 [§ 7].

Steph. index l. 1 §. 3]. Animadverte .... decem oves gregatim habitae efficiunt gregem. Hoc cognito, accede ad speciem propositam. Diximus, per specialem in rem actionem posse nos singulas res ..... — — — — — — — — — — — — ‖ ‖ ‖ ‖ vindicat. Sufficit enim gregem nostrum esse ..... quodque animal praeter illa decem, quae universitatem constituunt, vindicatum ..... vindicatur et naturaliter eodem iure et aliena nostro gregi immixta ..... hoc enim Ulpianus dig. 3 dicit ....

ἔνθα μὲν οὖν [περὶ] δεσποτείαν ἐμὴν[g]) σώζεται ἡ τῆς ἀγέλης προσηγορία, τουτ[έστιν], ἔνθα μὴ ἔλαττον ἔχῃ τῶν ι' προβάτων, ὑπ[ὲρ] τῆς ἀγέλης κινῶ δικαίῳ τῆς ὁμάδος ἐκδικ[ῶν] καὶ τὰ μὴ ὄντα μὲν ἐμ[ά, συν]αναμιγέντα [δὲ τῇ] ἀγέλῃ. εἰ δὲ ἐγὼ μὲν εἶχον ζ' πρόβατα καὶ σὺ ζ', [ἔμιγε][h]) δὲ ταῦτα ἕτερος καὶ νῦν ἐστὶν ιδ' πρόβατα παρ' αὐτῷ, [ἃ]περ [ποιεῖ αὐτὸν] ἀριθμὸν ἔχειν[i]) ἀγέλης, οὐδὲ τελείαν ἀγέλην διὰ τῆς ἐν ῥέμ δύναταί τις ἡμῶν ἐκδικεῖν, οὔτε ἥμισυ μέρος ἐκδικήσει· οὔτε γὰρ [κατὰ γνώμην] ἡμῶν συνήφθη τὰ πρόβατα, ἵνα εἴπωμεν ὅτι ἐπίκοινος ἀγέλη γεγένηται. εἰ δὲ θάτερος ἡμῶν μείζονα προβάτων ἔσχεν ἀριθμόν, ὥστε αὐτὸν καὶ ὑπεξαιρουμένου τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀλλοτρίων προβάτων ἀγέλην ποιεῖν, (θὲς γὰρ ὅτι ι' μὲν αὐτὸς ὁ δὲ ἕτερος [δ'] ἐκέκτητο, ὡς δύνασθαι τὸν τῶν ι' προβάτων δεσπότην[k]) περὶ ἀγέλης κινεῖν,) κινεῖ μὲν περὶ ἀγέλης, οὐ παρὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰ τοῦ ἄλλου ἀποκαθίστανται. πῶς γὰρ ὁπότε οἶδας αὐτὰ ἀλλότρια; τότε γάρ ὁ ἀριθμὸν ἔχων ἀγέλης διὰ τῆς ἐπὶ ἀγέλῃ κινουμένης ἐν ῥέμ ἀπαιτεῖν δύναται καὶ τὰ ἀλλότρια, ἐν ᾧ δηλονότι μὴ δεσπότης ἐστὶν ὁ ταῦτα κατασχὼν καὶ ἐναγόμενος, ὅτε βόνα φίδε τῇ διαφερούσῃ αὐτῷ συνανεμίχθη ἀγέλῃ. τοῦτο γὰρ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ ἑπομένῳ διγ. διὸ λέλυται τὸ δόξαν ἐναντίως ἔχειν ἐν τῷ α' διγ.[l]).

6. *Cyr.* [*l.* 1 §. 3. *l.* 2]. Possumus per in rem actionem etiam gregem vindicare, nec hoc spectamus, an singula capita nostra sint, sed hoc, an universitas. Quodsi duo aequalem numerum in grege habent, neuter eorum gregem vindicare potest neque pro parte neque in solidum: sin autem alter maiorem partem habet et habet ultra decem, gregem quidem vindicat, sed sua tantum recipit.

κυρ. δυνάμεθα διὰ τῆς ἐν ῥέμ καὶ ἀγέλην ἐκδικεῖν, καὶ οὐ σκοποῦμεν, εἰ αἱ καθ' ἕκαστον κεφαλαὶ ἡμέτεραί εἰσιν, ἀλλ' εἰ καὶ ἡ ὁμάς. εἰ δὲ καὶ δύο τινὲς ἴσον ἀριθμὸν ἔχουσιν ἐν τῇ ἀγέλῃ, οὐδεὶς δύναται ἐξ αὐτῶν ἀγέλην ἐκδικεῖν οὔτε εἰς μέρος οὔτε εἰς ὁλόκληρον· εἰ δὲ ὁ ἕτερος μεῖζον μέρος ἔχει καὶ ἔχει ὑπὲρ τὰ ι', ἐκδικεῖ μὲν ἀγέλην, τὰ οἰκεῖα δὲ μόνον λαμβάνει.

7. *Anon.* [*παραγραφὴ ad verba: τὴν ἀγέλην ὅλην in summa l.* 2, *quae textum cap.* 2 *efficit*]. Tamquam gregem. Si quis autem eorum dicat: si paret dimidiam partem gregis meam esse, etiam sic causa cadet. Videtur enim dicere, apparet dimidiam partem utriusque numeri decimarii ad me pertinere.

τοῦ ἀνων. ὡς ἀγέλ[ην.] ἔν[θα] δέ τις αὐτῶν εἴποι· εἰ φαίνεται τὸ ἥμισυ τῆς ἀγέλης ἐμὸν εἶναι, καὶ οὕτω ἐκβληθήσεται. δοκεῖ γὰρ λέγειν, φαίνεται[m]) τὸ ἥμισυ ἑκάστου δεκάτου ἐμοὶ διαφέρειν.

8. *Steph.* [*ad l.* 2 *verb: aliena capita*] .... Nam dixi tibi etiam supra, eum, qui prorium numerum gregis habet, aliena quoque gregi im-

στεφ. τα κατα ἀλλοτρ ... απερ διδωντα αλλοτρ ... εἶπον γάρ σοι καὶ ἀνωτέρω, ὅτι τότε ὁ ἔχων ἰδικὸν ἀριθμὸν ἀγέλης λαμβάνει καὶ τὰ ἀλλότρια συναναμιγέντα τῇ ἀγέλῃ, ὅτε

4) Cod. inter lineas: ἀπὸ ἑτέρου τι..... ὡς ὁ ἴνδεξ φησίν.
5) Deest in Cod., *Heimb.* habet.
6) Cod. inter lineas: ζήτει κεφ. α' θέ. β'.....

d) Initio huius lineae legebam: κυριω.
e) Initio huius lineae legebam: καὶ πληρούντων.
f) Initio huius lineae legebam: ἐπὶ ... εἰπεῖν ... γάρ τις.
g) Fortasse legendum: ἔνθα μὲν ἐπὶ τῶν ὄντων τῆς δεσποτείας ἐμῆς. Nam literarum ductus in Codice dubii sunt.
h) Cod: .. γεσ.
i) Videbar mihi legere: εἶχεν.
k) Cod: τὸ τῶν ι' προβάτων περὶ ἀγέλης κινεῖν.
l) Ex hoc scholio fluxit sive ad illud compositum est scholium, quod exhibent *Fabrot.* Sch. e. II. 219. et ex eo *Heimbachius.*
m) In Cod. videbar mihi hos ductus conspicere: ο.. ἐστι

γ'. Ulpi. Ἐὰν ἔχων τὶς τριακοσίων κεφαλῶν ἀγέλην, καὶ φθαρέντων ἑκατὸν τοσαῦτα ἀγοράσῃ [7]) παρὰ δεσπότου ἢ τοῦ καλῇ πίστει νομέως, καὶ αὐτὰ μετὰ τῆς ἀγέλης ἐκδικεῖ, ὥσπερ εἰ καὶ εἰς αὐτὰ περιστῇ ἡ ἀγέλη.

Ὁ ἐξαρτισμὸς [8]) τοῦ πλοίου καὶ ἡ σκάφη ἰδιαζόντως ἐκδικεῖται.

Ἐὰν δύο τινῶν πράγματα τῆς αὐτῆς ὄντα φύσεως μιγῶσιν, ὥστε μὴ δύνασθαι χωρισθῆναι· οἷα

III. *Ulpi.* Si quis gregem habens trecentorum capitum, amissis centum totidem capita redemerit a domino vel a bonae fidei possessore, haec etiam cum grege vindicat, quemadmodum si ad haec capita grex reductus fuerit. *L. 3. pr. D. VI. 1.*

Armamenta navis et scapha separatim vindicantur. §. 1.

Si res duorum, quae eiusdem naturae sunt, commixtae sint, ut separari non possint: utputa duae §. 2.

βόνα φίδε ταῦτα τῇ ἀγέλῃ συναναμίξῃ, καὶ τοῦτο διὰ τοῦ ἑπομένου δηλοῦται διγ.

τοῦ ἀνων. παρόντος τοῦ δεσπότου αὐτῶν, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ λαμβάνει, ὡς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἑξῆς διγ. [ἀνάγν. καὶ διγ.] κγ' θε. δ'.

ἔχων τὶς ἀγέλην τ' προβάτων, ρ' αὐτῶν ἀπολλομένων, ὠνήσατο ἕτερα ρ' ἀλλότρια, τουτέστι μὴ ὄντα αὐτοῦ τοῦ ἀγοράσαντος ἀλλ' ἢ τοῦ πωλήσαντος ἢ ἑτέρου τινός· ἠγόρασε γὰρ αὐτὰ ἢ παρὰ τοῦ δεσπότου ἢ παρὰ τοῦ μὴ ὄντος δεσπότου, βόνα φίδε δὲ ταῦτα νεμομένου. γράφει τοίνυν ὁ μάρκελλος, ὅτι ταῦτα τῇ ἐκδικήσει τῆς ἀγέλης περιέχονται, τουτέστι κυῶν περὶ τῆς ἀγέλης ὁ τῶν σ' θρεμμάτων κύριος ἐκδικήσει καὶ ταῦτα, κἂν μήπω ἐγένετο δεσπότης, ἐπειδὴ ὅλως τεθεμάτισται παρὰ τοῦ μὴ δεσπότου βόνα φίδε δε[11]) νεμομένου ταῦτα λαβὼν καὶ ἔχων ἐπ' αὐτοῖς τὴν πουβλικιανήν. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ διαφορὰ τοῦ παρόντος καὶ τοῦ προλαβόντος διγ. τὸ μεῖζον ὁ αὐτὸς μάρκελλος γράφει, ὅτι καὶ εἰ ἀπώλοντο τὰ σ' πρόβατα, ὥστε εἰς μόνα τὰ ρ' ἅπερ ὠνήσατο περιστῆναι αὐτῷ τὴν ἀγέλην, ἐκδικεῖ καὶ τὰ ρ' καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ κατέχοντος τὰ πρόβατα, ἐπειδὴ ὅλως καὶ βόνα φίδε ταῦτα ὠνήσατο καὶ εἶχεν ἐπ' αὐτοῖς πουβλικιανὴν καὶ τῇ τῆς ἀγέλης αὐτὰ συνῆψέ τε καὶ περιέλαβε προσηγορίᾳ. ἐπὶ μὲν οὖν ἀγέλης δυνάμεθα καὶ τὰ μὴ ὄντα ἡμέτερα βόνα φίδε δὲ ὑπὸ τὴν ἡμῶν γενόμενα κατοχὴν δικαίῳ τῆς ὁμάδος διὰ τῆς ἐν ῥέμ ἐκδικεῖν, ἐπὶ δὲ νηὸς τοῦτο οὐ δυνάμεθα ποιεῖν. τὰ γὰρ σκεύη τοῦ πλοίου, κώπα τυχὸν καὶ ἄρμενα καὶ πηδάλιον καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ δικαίῳ τῆς ὁμάδος ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐκδικεῖται, καὶ οὐ δύναται ὁ πλοῖον ἐκδικῶν καὶ τὰ καθέκαστον ὄργανα διὰ τῆς ἐν ῥέμ ἀπαιτεῖν. καὶ ἡ σκάφη δὲ κεχωρισμένη ἐκδικεῖται ἐπ' αὐτῇ κινουμένης ἐν ῥέμ.

mixta tunc recipere, si ea bona fide gregi immiscuerit: et hoc sequenti dig. ostenditur.

9. *Anon.* [*παραγρ. ad verba ultima summae*]. Si adsit dominus eorum: alioquin etiam haec accipit, ut principio sequentis dig. Lege etiam dig. 23 them. 4.

10. [*Steph. index l.* 3 *pr.* §. 1]. Habebat quis gregem trecentorum capitum, et quum C eorum periissent, alia C comparavit aliena, hoc est quae non ipsius emtoris, sed vel venditoris vel alius cuiusdam essent: nempe emit ea vel a domino vel a non domino, qui tamen bona fide ea possideret. Igitur scribit Marcellus, ista contineri vindicatione gregis: hoc est, ducentorum capitum dominus, si de grege agat, etiam illa vindicabit, licet nondum eorum dominus factus sit, quoniam statuimus eum illa si non a domino, certe a bonae fidei possessore comparasse et Publicanam in iis habere. Et haec quidem differentia est inter hoc et praecedens dig. Amplius idem Marcellus scribit, licet ducentae oves perierint, ut grex in solis centum, quae redemtae sunt, consistat, etiam has C vindicat et recipit a detentore ovium, quandoquidem bona fide eas redemit et Publicianam in iis habuit et eas gregis appellatione coniunxit et comprehendit. In grege itaque etiam ea, quae non sunt nostra sed bona fide a nobis possessa, iure universitatis per in rem actionem vindicare possumus, in navi autem hoc non possumus facere. Armamenta enim navis, veluti remos et vela et gubernaculum et id genus alia, non iure universitatis sed singula vindicantur, nec potest qui navem vindicat etiam singula instrumenta petere. Etiam scapha separatim vindicatur in rem actione propter eam instituta.

κυρ. εἰ ἔχων τὶς ἀγέλην κεφαλαίων τ', τῶν ρ' ἀπολλομένων, ἄλλα ρ' ἀντὶ τῶν [9]) αὐτῶν ἀγοράσει ἀπὸ δεσπότου ἢ ἀπὸ βόνα φίδε νομέως, καὶ αὐτὰ ἀπαιτεῖ διὰ τῆς ἐν ῥέμ, εἴτε περίεισι τὰ σ' εἴτε καὶ μή. ἡ ἐξαρτία τοῦ πλοίου καθ' ἑαυτὴν καὶ καθέκαστον εἶδος ἐκδικεῖσθαι ὀφείλει κεχωρισμένως.

11. *Cyr.* [*l.* 3. *pr.* §. 1]. Qui habet gregem trecentorum capitum, si C amissis alia centum illorum loco redemerit a domino vel a bonae fidei possessore, etiam haec petit in rem actione, sive supersint ducenta ista, sive etiam non. Apparatus navis per se et quaelibet species separatim vindicari debet.

τοῦ ἀνων. τοῦ γὰρ πρ[άγματος κλαπέν]τος ὁ ἀγοραστὴς οὔτε [δεσπόζει] οὔτε οὐσουκαπιτεύει, ὡς βι. μα' τι. γ' διγ. λε καὶ ἐνστιτ. β' τι. ς'.

12. *Anon.* [*ad summam l.* 3 *pr. verb: παρὰ δεσπότου ἢ τοῦ καλῇ πίστει νομέως*]. Nam furtivae rei emtor neque dominus fit, neque usucapere potest, ut lib. XLI tit. 3 dig. 35 et Instit. II tit. 6.

στεφ. κἂν τὰ μάλιστα εἰς μόνα τὰ ἀγορασθέντα περιστῇ τὸ πᾶν, ὅλως ὅτι τὴν ἀρχὴν ἀγέλης [ἀριθ]μὸν ἐξ ἰδικῶν ἔσχε θρεμμάτων, σώζεται αὐτῷ ἐπὶ τοῖς ὠνηθεῖσιν ἡ τῆς ἀγέλης προσηγορία.

13. *Steph.* [*ad l.* 3 *pr. verb: adhuc eum posse gregem vindicare*]. Licet vel maxime totus grex ad sola, quae redemta sunt, reductus fuerit, tamen quia ab initio gregis numerum in propriis animalibus habuit, manet etiam gregis appellatio in iis, quae emta sunt.

τοῦ ἀνων. περὶ τῆς σκάφης ἀνάγν. βι. λγ' τι. ζ' διγ. ὕστερον, καὶ περὶ πλοίου βι. κα' τι. β' διγ. μδ'.

14. *Anon.* [*ad l.* 3 §. 1]. De scapha lege lib. XXXIII tit. 7 dig. ultimum, et de navi lib. XXI tit. 2 dig. 44.

πολλάκις [p]) ἡ ἐμὴ ὕλη τῇ ὕλῃ τῇ ἐσῇ τῆς [αὐτῆς] τυγχάνουσα φύσεως ἀναμίγνυται οὕτως, ὡς ἀδιαίρετον αὐτὴν καὶ ἀχώριστον εἶναι καὶ μήτε δύνασθαι λοιπὸν διαχωρίζεσθαι. καὶ φησιν ὁ πομπώνιος, μὴ πάντα τὸν βῶλον ἀλλ' ἐκ μέρους παρ' ἑκάστου τῶν παλαιῶν δεσποτῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖσθαι παρτιτιαρίας εἰς μέρος κινουμένης IN REM. οἷον εἰς ι' λίτρας ἀργύρου βῶλον ἢ σκεῦος εἶχον ἐγὼ καὶ ἕτερος. εἰ ἀμφότεροι παραθέμεθα ταῦτα καὶ ἐμπρησμοῦ γενομένου διελύθησάν τε καὶ ἐχωνεύ-

15. [*Steph. index l.* 3 §. 2.] Nonnunquam materia mea materiae tuae, quum eiusdem naturae sit, ita miscetur, ut indissolubilis et inseparabilis sit nec possit de caetero diduci. Hic dicit Pomponius, non universam massam sed pro parte ab unoquoque veterum dominorum eius vindicari partiaria in rem actione instituta. Utputa X circiter librarum argenti massam vel vas ego habui et alius. Haec si ambo deposuimus et incendio facto so-

7) Cod. inter lineas: ζήτει βι. ν' τι. γ' κεφ. λς'. λζ καὶ τι. δ' κεφ. κα'.

8) Cod. inter lineas: οὐκ ἐστὶν ὁ σάνδαλος τοῦ πλοίου μέρος.

n) Cod: παρὰ τοῦ μηδέποτε νεμομένου βόνα φίδε δὲ ταῦτα.

o) Dele τῶν.

p) Cum sequentibus omnino conferendum est Sch. f. II. 219 *Fabroti*, quod et apud *Heimb.* extat.

δύο βῶλοι ἀργύρου συνεχωνεύθησαν· οὐχ ἕκαστος αὐτῶν τὸ πᾶν ἐκδικεῖ, ἀλλὰ ἀναλογοῦν αὐτῷ[9]), κἂν ἄδηλον ᾖ, πόσον ἕκαστος ἔχει.

massae argenti conflatae sunt: unusquisque eorum non totum vindicat, sed ratam, licet incertum sit, quantum quisque habeat.

L. 4. *D.* VI. 1. δ'. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡ τὰ κοινὰ διαιροῦσα ἀγωγή· καὶ ἡ περὶ τῶν ἀποκρυβέντων πραγμάτων ἀγωγή. καὶ ἡ μὲν τοιαύτη ἀγωγὴ τὴν διατίμησιν ἀπαιτεῖ· ἐν δὲ τῇ περὶ τοῦ πράγματος ἀγωγῇ καὶ τῇ τὰ κοινὰ διαιρούσῃ ἀγωγῇ καὶ τοῦ βελτίονος γίνεται λόγος. ἡ δὲ περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλοῦν ἀγωγὴ καὶ ἡ περὶ τῶν ἀποκρυβέντων πραγμάτων ἀγωγὴ ἁρμόζει κατὰ τοῦ παρασκευάσαντος αὐτὰς χωνευθῆναι.

IV. Competit et communi dividundo iudicium, et actio ad exhibendum. Et hac quidem actione aestimatio petitur: in rei vindicatione autem et communi dividundo actione et pretiosioris habetur ratio. Actio autem furti in duplum et ad exhibendum actio competit adversus eum, qui curavit, ut massae conflarentur.

θησαν καὶ ἕν τι γεγόνασιν, ἐστὶ μὲν ὁ πᾶς βῶλος κοινός, εἴτε κατὰ τύχην εἴτε κατὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν συνέβη τυχὸν χωνευθῆναι τὰ σκεύη ἢ τοὺς βώλους, ὡς ἔγνως ἐν τῷ α τί. τῆς β τῶν ἰνστιτ. ἕκαστος [γὰρ] ἡμῶν κατὰ ἀναλογίαν τοῦ σταθμοῦ, οὗ ἔχομεν ἐν τῷ βώλῳ, μέρος ἀδιαίρετον ἐκδικήσει τοῦ παντός, εἰ καὶ ἄδηλον εἴη, πόσον ἕκαστος σταθμὸν ἔχει νῦν ἐπὶ τῷ βώλῳ μετὰ τὴν χώνευσιν. οἷον ὁ τῶν ε λιτρῶν δεσπότης τοῦ ἀργύρου κινῶν οὐκ ὀφείλει λέγειν· εἰ φαίνεται τὸν βῶλον ἐμὸν εἶναι πρὸ πάρτε, καὶ ὁ εἷς τὸ· διμοιρ.. μερ.. δεσποτ..[q]) ὀφείλει τοῦ οἰκείου μέρους ἐν τῇ ἐντεντίονι μεμνῆσθαι· εἰ γὰρ εἰσελθόντες μὴ μνησθῶσι τῆς ποσότητος τοῦ σταθμοῦ, λαμβάνουσιν[r]) ἑαυτ[οῖς] [ἡ]μισυ, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐκδικοῦντες, λυθέντος τοῦ ἀργύρου καὶ ὥσπερ ὕδατος γενομένου· κινοῦσιν οὖν ἐπὶ μέρει τοῦ βώλου, κανονιζομένου τοῦ μέρους ἐκ τῆς τῶν λιτρῶν ἀναλογίας, ὅσας ἕκαστος αὐτῶν πρὸ τῆς χωνεύσεως εἶχεν, εἰ καὶ ἀγνοοῦνται τὸ νῦν μετὰ τὴν χώνευσιν ὁ τοῦ βώλου σταθμὸς καὶ πόσον ἕκαστος αὐτῶν ἔχει νῦν μέρος ἐπὶ τῷ βώλῳ· ἴσως γὰρ σκευαστὸς τὴν ὁ ἄργυρος καὶ χωνευθεὶς μετα ....[s]) καὶ οὕτω γὰρ οὐδὲν ἧττον οἰκείου μέρους μνημην αὐτοὺς ἐν τῇ ἐντεντίονι ποιεῖσθαι χρὴ πρὸς τὴν ποσότητα τῶν λιτρῶν, ὅσας ἕκαστος αὐτῶν ὡς εἴρηται πρὸ τῆς χωνεύσεως εἶχεν.

luta sunt et liquefacta et in unum coaluerunt, universa massa communis est, sive fortuito sive volentibus dominis vasa vel massas conflari contigerit, sicuti didicisti tit. I lib. II Instit. Scilicet unusquisque nostrum pro rata ponderis, quod in massa habemus, partem pro indiviso ex toto vindicabit, etsi incertum sit, quantum quisque ponderis nunc post conflationem in massa habeat. Veluti quinque librarum argenti dominus, si agat, non debet dicere: si paret massam meam esse pro parte, ... propriam partem in intentione indicare: si enim intrantes in iudicium quantitatem ponderis non indicaverint, sumunt sibi partem dimidiam etiam ex alienis vindicantes, quum argentum solutum et quasi in aquam mutatum sit: agunt igitur de parte massae, et pars diiudicatur ex analogia ponderis, quod unusquisque ante conflationem habuit, etsi nunc post conflationem ignoratur pondus massae et quantam unusquisque nunc habeat massae partem; fortassis enim argentum fabricatum erat et conflatum .....; nihilominus propriae partis mentionem eos in intentione facere oportet secundum quantitatem librarum, quas unusquisque, ut dictum est, ante conflationem habuit.

τυχὸν γὰρ τοῦ μὲν ἑνὸς ὁ βῶλος καθαροῦ ἀργύρου ἦν καὶ διὰ τοῦτο τιμιώτερος, τοῦ δὲ ἄλλου ὁ βῶλος οὐκ ἦν τοιοῦτος[t]). τὸ οὖν διαφέρον σκοπεῖται ἐν τῷ κομμοῦνι διβιδοῦνδο, ὡς ἐν τῷ ἑξῆς διγ.

16. [*Steph. ad l.* 3 §. 2 *verb: etsi incertum sit*]. Forte enim alterius massa argenti puri erat et propterea pretiosior, alterius autem non erat eiusmodi. Huius differentiae ratio habetur in communi dividundo iudicio, ut dig. sequenti.

στεφ. τοῦτο νίησον, εἴτε τύχῃ εἴτε κατὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν χωνευθῆναι συνέβη τὰς ὕλας. ἐπίκοινον γὰρ τὸ γινόμενον, ὡς ἔγνως ἐν τῷ α' τί. τῆς β' τῶν ἰνστιτ. τὸ αὐτό ἐστι καὶ ἔνθα θάτερος τῶν δεσποτῶν βύνα φίδε μέντοι ἀλλοτρίαν ὕλην λαβὼν ἀνέμιξε τῇ ἰδίᾳ· καὶ ἐνταῦθα κοινὸν τὸ γινόμενον.

17. *Steph.* [*ad l.* 3 §. 2 *verb: erit nobis commune*]. Hoc accipe, sive casu sive volentibus dominis materias conflari contigerit. Nam quod efficitur, commune est, ut didicisti tit. I lib. II Instit. Idem est et si alter dominorum bona fide scilicet alienam materiam suae immiscuerit: etiam hic, quod fit, commune est.

στεφ. διὰ παρτιτιαρίας ἰν φέμ μέρος ἐκδικεῖται τοῦ βώλου, ἁρμόττει δὲ καὶ κομμοῦνι διβιδοῦνδο δικαστήριον, ἐν ᾧ δηλονότι μήτε εἶδός τι κατεσκευάσθη, διὰ τὸ μέλλον περὶ τοῦ οἰνομέλιτος λέγεσθαι, μήτε δύνανται λοιπὸν αἱ ὕλαι μετὰ τὴν χώνευσιν αὖθις διακρίνεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν τοῦ ἀργύρου βώλων ἢ ἐπὶ χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ[u]) (τοῦτο γὰρ ἔστιν ἐκ τοῦ ε διγ. μαθεῖν,) ἐπειδὴ, ὡς εἴρηται, [οὐ] δύνανται[v]) εἰς τὴν προτέραν ἰδιαζόντως καὶ κεχωρισμένως ἐπανάγεσθαι [ὄψιν], ὥστε μετὰ τὴν ἀναχώνευσιν γνωρίζεσθαι τὸν παλαιὸν ἐμὸν καὶ τὸν παλαιὸν σὸν, μήτε εἶδός ἐστι τὸ κατασκευασθὲν μήτε εἴδους ἀφανισμὸς τελείως γέγονε τῶν ὑλῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ οἰνομέλιτος, ἀλλ' ἔτι φαίνεται ὁ ἄργυρος. ἀμέλει ἐπὶ τοῦ μολύβδου καὶ τοῦ ἀργύρου, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν χώνευσιν δύνανται αὖθις αἱ ὕλαι διαχωρίζεσθαί τε καὶ διακρίνεσθαι καὶ μήτε εἶδος γέγονε ἐξ αὐτῶν, οὔτε παρτιτιαρία ἰν φέμ οὔτε κομμοῦνι διβιδοῦνδο κινεῖται, ἀλλ' ἕκαστος τὴν ἰδίαν ὕλην ἐκδικεῖ, ὡς ὁ οὐλπιανὸς ἐν τῷ ε διγ. φησίν. ἕτερόν ἐστι ἐπὶ οἰνομέλιτος ἐπεὶ[w]) τότε γὰρ ὁ πεποιηκὼς γίνεται τοῦ γενομένου δεσπότης καὶ [οὐκ] ἐστὶ κοινὸν τὸ γενόμενον[x]).

18. *Steph.* [*ad l.* 3 §. 2 *verb: vindicabimus*]. Per partiariam in rem actionem pars massae vindicatur, et competit etiam communi dividundo iudicium, si nimirum neque species aliqua nova facta est (propter id, quod mox de mulso dicetur), neque iam possunt materiae post conflationem rursus diduci, ut in massis argenti vel in auro cum aere mixto (hoc enim discere est dig. 5), quoniam, ut dictum est, non possunt ad pristinum specialiter et separatim reduci statum, ut post diductionem recognoscatur quae antea mea et quae antea tua fuit, neque nova species facta est, neque etiam natura materiarum plane deleta est, ut in mulso, sed adhuc argentum appareat. Caeterum in plumbo et argento, quandoquidem etiam post conflationem materiae rursus possunt separari et diduci nec aliqua nova species ex iis facta est, neque partiaria in rem neque communi dividundo intenditur, sed unusquisque suam materiam vindicat, ut Ulpianus dig. 5 dicit. Aliud est in mulso: ibi enim, qui id fecit, dominus fit eius, quod factum est, neque id commune est.

(*Complura desiderantur.*)

---

9) Hactenus f. 123. 124.

---

q) Haec quidem sic a me lecta, sed omnino corrupta sunt.

r) Forte legendum: *παραλαμβάνονται*. Caeterum in Cod. perspicue scriptum est: *λαμβάνου*.

s) An: *μετεποιήθη*;

t) Cod. hoc loco habet: ἡ βῶλος τοιαύτη, quum tamen antea ubique ὁ βῶλος scripserit. Mox iterum τῆς βώλου habet, quod similiter mutavimus.

u) Literarum ductus dubii. Videbar mihi legere: *ἐπὶ θυ ... καὶ χυη ..*

v) Cod: *δια . ανιος* habere videbatur.

w) Cod: *'πὶ*.

x) Hactenus fol. 123. 124.

ε'. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ σίτου παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν μιγέντος· εἰ γὰρ κατὰ γνώμην αὐτῶν ἐμίγη, κοινὸς γίνεται.

Ἐὰν ἀπὸ μέλιτος ἐμοῦ καὶ σοῦ οἴνου οἰνόμελι γένηται, οὐκ ἐστὶ κοινὸν, ἀλλὰ τοῦ ποιήσαντος, ἐπειδὴ τὸ ἀρχαῖον εἶδος οὐ σώζεται. εἰ δὲ μετὰ τοῦ ἀργύρου σου χωνευθῇ μόλιβδός μου, οὐ γίνεται κοινὰ, οὔτε ἡ διαιροῦσα τὰ κοινὰ ἀγωγὴ ἁρμόζει· δύνανται γὰρ αἱ ὕλαι χωρίζεσθαι· κινεῖται δὲ περὶ ἑκάστου πράγματος ἀγωγή. εἰ δὲ μὴ δύνανται χωρίζεσθαι, ὡς ἐπὶ χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ, ἀνὰ μέρος ἐκδικοῦνται. ἐπειδὴ γὰρ ἑκατέρα ὕλη καὶ χωνευθεῖσα σώζεται, οὐ γίνεται τοῦ χωνεύσαντος, ὡς τὸ οἰνόμελι.

Τὸ τικτόμενον ἐκ τῆς ἐμῆς φορβάδος καὶ τοῦ σοῦ ἵππου ἐμόν ἐστι.

Τὸ ἐμὸν δένδρον ἐὰν εἰς τὸν ἀγρόν σου παρὰ σοῦ μετενεχθὲν συναυξήσῃ καὶ ῥιζώσῃ, τὴν κατὰ νόμους περὶ αὐτοῦ ἀγωγὴν ἔχω· εἰ δὲ μὴ συναυξήσει, ἐμὸν ἔμεινεν.

Ἐὰν περὶ τὸ σῶμα συμφωνῶμεν, περὶ δὲ τὴν ὀνομασίαν πλανώμεθα, καλῶς ἡ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀγωγὴ κινεῖται.

Εἰ δὲ πολλοὶ τῆς αὐτῆς ὀνομασίας εἰσί, καὶ μὴ δηλοῦται, περὶ ποίου ἐνήγαγον, οὐ γίνεται καταδίκη.

ς'. Ὁ περὶ πράγματος ἐνάγων ὀφείλει λέγειν, εἰ ὕλον ἀπαιτεῖ ἢ ἥμισυ καὶ πόσον, καὶ μὴ μόνον τὸ ὄνομα λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν ὕλης ἀνεργάστου τὸν σταθμὸν, ἐπὶ δὲ ἀργυρίων τὸν ἀριθμόν· ἐπὶ δὲ τῆς εἰργασμένης τὸ εἶδος· καὶ ἐπὶ τῶν μετρουμένων τὸ μέτρον. καὶ ὁ ἀπαιτῶν ἐσθῆτα διὰ τῆς ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγῆς ἢ διὰ τῆς προσωπικῆς ἀγωγῆς, καὶ τὸν ἀριθμὸν καὶ τὴν χροιὰν λεγέτω· οὐ μὴν εἰ παλαιὰ ἢ νέα ἐστί. καὶ ἐπὶ τῶν σκευῶν τὸ εἶδος· τυχὸν δίσκος· οὐ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ γνωρίσματα· καὶ ἐπὶ δούλου τὸ ὄνομα, καὶ [10]) εἰ παῖς ἢ νέος ἐστίν. εἰ δὲ ἀγνοεῖ τὸ ὄνομα, δεῖ λέγειν τὴν διὰ γνωρισμάτων φανέρωσιν· οἷον τὸν ἐκ τῆσδε τῆς κληρονομίας, ἢ τὸν ἀπὸ τῆσδε τεχθέντα. καὶ ἐπὶ ἀγροῦ καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν τόπον.

ζ'. Idem. Ἐὰν ὁ προσαγαγὼν ἑαυτὸν ἀπαιτήσει

V. Idem et in frumento obtinet, quod non voluntate dominorum commixtum est: nam si voluntate eorum commixtum sit, commune fit. *L. 5. pr. D. VI. 1.*

Si ex melle meo et vino tuo mulsum factum sit, non communicatur, sed eius est, qui fecit, quoniam speciem pristinam non retinet. Sed si cum argento tuo plumbum meum conflatum sit, non communicatur, nec communi dividundo iudicium competit: materiae enim separari possunt: sed de singulis rebus agetur. Sed si separari non possint, puta aes et aurum, pro parte vindicantur. Quoniam enim utraque materia, etsi conflata, manet, non fit eius, qui conflavit, sicuti mulsum. §. 1.

Quod ex equa mea et equo tuo natum est, meum est. §. 2.

Si arbor mea in agrum tuum a te translata coaluit et radices immisit, utilem in rem actionem de ea habeo: si vero non coaluit, mea permansit. §. 3.

Si de corpore inter nos conveniat, in vocabulo autem erremus, recte de eo in rem agitur. §. 4.

Si vero plures eiusdem nominis sint, nec appareat, de quo actum sit, nulla fit comdemnatio. §. 5.

VI. Qui in rem agit, dicere debet, utrum rem totam petat an dimidiam partem et quotam, et non solum nomen, sed infectae quidem materiae pondus, si vero nummi petantur, numerum: factae autem speciem: et in his, quae mensura constant, mensuram. Et qui vestimenta petit actione in rem vel in personam, et numerum et colorem dicat: non etiam utrum trita sint, an nova. Et in vasis species dicenda erit, puta lanx: non etiam caetera indicia: et in servo nomen, et utrum puer an adolescens sit. Si autem nomen ignorat, demonstratione per indicia uti debet: veluti qui ex illa hereditate est, vel qui ex illa natus est. In fundo nomen et locus dici debent. *L. 6. D. eod.*

VII. *Idem.* Si is, qui obtulit se fundi vindi- *L. 7. D. eod.*

τοῦ γ) τεχνίτου ὥσπερ ἐν τῷ πράγματι, ὡς βι. ν' τι. ις' διγ. ιγ'. ιδ'.

τοῦ ἀνων. παῖς μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἄρρηβος, ὡς βι. λβ' διγ. λϑ' ϑέ. ς', νεώτερος δὲ ὁ τὴν ἔφηβον ἡλικίαν ἐξελθὼν ἕως οὗ μετὰ τῶν γερόντων ἄρξηται εἶναι, εἰ μὴ ἕτερον ὁ ληγατεύσας ἐνόησεν, ὡς βι. τοῦ αὐτοῦ διγ. ξζ', ἐν ᾧ παρέγραψα, τίς ἐστι γέρων.

κυρ. εἰ δανεισάμενος παρ' ἐμοῦ ὁ οἰκέτης ἑτέρῳ δανείσει μὴ πεκουλιαρίως, ἀλλ' ὀνόματι τοῦ δεσπότου, κἀκῶ τὴν δε ἐν ῥέμ βέρσο εἰς ἐκχώρησιν ἀγωγῶν. εἰ δὲ βουλουμπτάρια τινα ἀγοράσει βουλομένου τοῦ δεσπότου[x]), βέρσον ποιεῖ. εἰ δὲ [σῖτον ἀγοράσει διὰ τὴν] φαμιλίαν[y]), ἢ οἰκέτην καὶ ἀποθάνῃ ἀναγκαῖος ὤν, ἢ οἶκον κτίσει καὶ οὗτος πέσῃ, βέρσον ποιεῖ. εἰ δὲ μὴ δαπανήσῃ τὸ ἐπὶ τούτῳ δανεισθὲν αὐτῷ εἰς τὰ τοῦ δεσπότου, κἂντε εἰώθει εἰς τὰ τοῦ δεσπότου δαπανῆσαι, οὐ χώρα τῇ δε ἐν ῥέμ βέρσο.

26. *Cyr.* [*l.* 3 §. 5 — 9]. Si servus pecuniam, quam a me mutuatus est, alii crediderit, non peculiariter, sed nomine domini, de in rem verso ago, ut actiones mihi cedantur. Quodsi voluptaria quaedam emerit voluntate domini, versum facit. Sin frumentum comparavit propter familiam [idque periit], vel servum necessarium isque mortuus est, vel insulam aedificavit eaque corruit, versum facit. Si autem non vertat in rem domini, quod ei ad hoc creditum est, etiamsi solitus fuit in rem domini vertere, de in rem verso actioni non est locus.

ἀνων. διὰ τὸν κανόνα τὸν κείμενον ἐν τῷ τέλει τοῦ να'[z]) διγ. τοῦ α' τί.

27. *Anon.* [*ad l.* 3 §. 5]. Propter regulam, quae posita est in fine dig. 51 tit. 1.

σῆ. ὅτι ἐπὶ τοῦ βέρσου τοῦτο μόνον σκοποῦμεν, εἰ τὰ δανεισθέντα τῷ οἰκέτῃ ἐδαπανήθη εἰς τὰς τοῦ δεσπότου χρείας, οὐ μὴν εἰ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ δεσπότου ἐδαπανήθη· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ ἐξῆς δηλοῦσι θεματισμοί. χρὴ μέντοι χρησιῷ καὶ συνετῷ σκοπῷ γίνεσθαι τὴν δαπάνην· ἔγνως γὰρ ὅτι ἐκ παραθέσεως τοῦ προκουράτωρος καὶ νεγοτιογέστωρος ἡ δε ἐν ῥέμ βέρσο τυποῦται.

28. [*Steph. ad l.* 3 §. 6]. Nota: in verso hoc solum spectamus, an, quae servo credita sunt, ad usus domini conversa, non etiam an ad utilitatem domini erogata sint; hoc enim etiam sequentia themata ostendunt. Oportet autem sumtus utili et prudenti consilio fieri: didicisti enim, de in rem verso actionem definiri ad exemplum procuratoris et negotiorum gestoris.

τοῦ ἀνων. ἀνάγν. βι. κέ τί. α' δίγ. ιή περὶ τοῦ ἐγγυησαμένου ἢ πάσχοντος πορNU.[a])

29. *Anon.* [*ad*?]. Lege lib. XXV tit. 1 dig. 18 de eo, qui fideiussit vel .....

στεφ. εἰ μὴ γὰρ ἀναγκαῖον ὄντα τὸν οἰκέτην τῷ δεσπότῃ ἠγόρασε, καὶ οὕτω μὲν χώρα τῇ δε ἐν ῥέμ βέρσο, πλὴν οὐκ εἰς ὅσον ὑπὲρ τοῦ οἰκέτου κατέβαλε τίμημα, ἀλλ' ὅσου ἄξιος ἦν ὁ ἠγορασμένος δεσπότῃ, ὡς ὁ οὐλπιανὸς ἐν τῷ ε' διγ. φησίν.

30. *Steph.* [*ad l.* 3 §. 8 *verb*: *necessarium*]. Etenim si non necessarium servum domino emerit, de in rem verso quidem actioni locus est, attamen non in pretium, quod pro servo solvit, sed in id, quod servus emtus domino aestimatur, ut Ulpianus dig. 5 [pr.] dicit.

σῆ. ὅτι ἐπὶ τοῦ βέρσου τὰ τυχηρὰ τῷ δεσπότῃ κινδυνεύεται.

31. [*Steph. ad l.* 3 §. 8]. Nota in verso casum sentire dominum.

166) Expl. fol. 34. 33. Inc. fol. 147. 142.

w) Cod. *γίνεται*.
x) Cod. *βουλόμενος τῷ δεσπότῃ*.
y) Adde *καὶ φθαρῇ*.
z) Cod. *ν'*.
a) Haec non intelligo. Caeterum hic expl. fol. 34. 33 et inc. fol. 147. 142.

τοῦ πράτου μὴ λαβόντος τὸ τίμημα δοθῇ τῇ φαμιλίᾳ ἢ ἐσθῆς, εἰ καὶ αὐτὸ[167]) ἀπόληται, καὶ αὐτὸς [καὶ] ὁ δανειστὴς ἔχουσι μὲν τὴν περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγήν·

[δ'.] *Κρείττων δέ ἐστιν ὁ προλαμβάνων· οὐ γὰρ τοῖς δυσὶ καταδικάζεται ὁ δεσπότης.*

[ε'.] *Ἐπὶ μὲν τῶν ἀναγκαίως ἀγοραζομένων ὅλον τὸ διδόμενον τίμημα δαπάνημά ἐστι, κἂν μὴ δεκτὸν ὁ δεσπότης ἡγήσηται· ἐπὶ δὲ τῶν οὐκ ἀναγκαίων*

familiae data sit, venditor autem pretium non acceperit, et id quoque amissum sit, tam is quam creditor de in rem verso actionem habent;

IV. Melior autem est conditio occupantis: non enim utrique dominus condemnatur. *L.* 4. *D.* XV. 3.

V. In his, quae necessario emuntur, solidum quod datur, in rem versum est, licet dominus ratum non habuerit; sin res non necessariae tamen quasi *L.* 5. *pr.* §. 1. *D. eod.*

σῆ. ὅτι ἐὰν μὴ δαπανήσῃ ὁ οἰκέτης εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου τὰ δανεισθέντα αὐτῷ παρά τινος, οὐ χώρα τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο, κἂν ὁ οἰκέτης εἰώθει περὶ τὰ τοῦ δεσπότου πράγματα δαπανᾶν. ἕτερόν ἐστιν, εἰ ἑτοίμως ἔχων δαπανῆσαι ἀπώλεσεν οὐ κατὰ ῥαθυμίαν τὰ δανεισθέντα αὐτῷ· τότε χώρα τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο, ὡς ἀφρικανὸς ἐν τῷ ιζ[b]) διγ. φησίν.

32. [*Steph. ad l.* 3 §. 9]. Nota: si servus in rem domini verterit, quae ei ab aliquo credita sunt, de in rem verso actioni non est locus, quamvis servus solitus fuit, in rem domini vertere. Aliud est, si quum paratus esset vertere, non negligentia amiserit, quae ei credita essent: tunc enim locus est de in rem verso actioni, sicut Africanus dig. 17 [pr.] dicit.

ἀνων. ἕτερόν ἐστι ἐπὶ τῆς ἐξερκιτορίας καὶ τῆς ἱνστιτουτορίας, βι. ιδ' τί. α' διγ. ζ'.

33. *Anon.* [*ad l.* 3 §. 9]. Aliud est in exercitoria et institoria, [ut] lib. XIV tit. 1 dig. 7.

τουτέστι σπουδάζειν ὀφείλει ὁ δανειστὴς καὶ φροντίδα ποιεῖσθαι τοῦ τὸν οἰκέτην εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου δαπανῆσαι τὰ δανεισθέντα αὐτῷ.

34. [*Steph. ad l.* 3 §. 9 *verb: curiosus*]. Hoc est vigilare debet creditor et curam gerere, ut servus, quae ei credita sunt, in bona domini impendat.

κυρ. εἰ δανείσεται ἐφ' ᾧ ἀγοράσαι ἐσθῆτα, εἰ μὲν δῷ τὸ τίμημα, ὁ δανειστὴς κινεῖ, κἂν ἀπόληται[c]) ἡ ἐσθής· εἰ δὲ τὰ νομίσματα ἀπόληται, εἴτε δοθῇ τῇ φαμιλίᾳ ἡ ἐσθὴς εἴτε ἀπόληται, καὶ ὁ δανειστὴς [καὶ] ὁ πράτης κινεῖ.

35. *Cyr.* [*l.* 3 §. 10]. Si mutuum sumserit ad vestem comparandam, si quidem pretium solutum sit, creditor agit, licet vestis perierit: sin pecunia perierit, sive vestis familiae data sit sive perierit, tam creditor quam venditor agit.

δίχα κούλπας τοῦ οἰκέτου θεμάτισον ἀπολόμενα τὰ νομίσματα. ἐφ' ὧν γὰρ θεμάτων ὁ προκουράτωρ ἔχειν δύναται τὴν μανδάτι, ἐπὶ τούτων καὶ ὁ οἰκέτης τίκτει κατὰ τοῦ δεσπότου τὴν δε ἰν ῥέμ βέρσο, ὡς ἔγνως ἀνωτέρω, καὶ ὡς φησιν ἀφρικανὸς ἐν τῷ ιζ[d]) διγ. προκουράτωρ δέ, εἴπερ ἄρα[e]) κατὰ κούλπαν οἰκείαν ἀπώλεσέ τι, κινεῖν οὐ δύναται τὴν μανδάτι. ἀνάγν. καὶ αὐτὸ τὸ ιζ δίγ.

36. [*Steph. ad l.* 3 §. 10 *verb: pecunia perierit*]. Absque culpa servi pecuniam periisse pone. Nam quibus casibus procurator mandati actionem habere potest, iisdem servus adversus dominum de in rem verso actionem competere facit, ut didicisti supra, et Africanus dicit dig. 17 [pr.]; procurator autem, si propria culpa aliquid amiserit, mandati agere non potest. Lege etiam ipsum dig. 17.

ἀνων. ἄνευ κούλπας ἀπώλεσε, ὡς διγ. ιζ'.

37. *Anon.* [*ad l.* 3 §. 10]. Sine culpa amisit, ut dig. 17 [pr.].

στεφ. σῆ. καὶ ἐπὶ τῆς δε ἰν ῥέμ βέρσο τὸν κανόνα κρατοῦντα τὸν λέγοντα βελτίονα τοῦ προλαμβάνοντος εἶναι τὴν αἵρεσιν.

38. *Steph.* [*ad l.* 4]. Nota etiam in actione de in rem verso regulam obtinere, quae dicit, meliorem esse occupantis conditionem.

ἀνων. τίς προτιμᾶται ἐπὶ τῆς δε πεκουλίο, ἔγνως τί. α' διγ. ε'.

39. *Anon.* [*ad l.* 4]. Quis praeferatur in de peculio actione, didicisti tit. 1 dig. 10.

κυρ. οἰκέτης ἀγοράσας εἰ μὲν ἀναγκαῖον, ὅλον τὸ τίμημα βέρσον ἐστί· εἰ δὲ μή, ὅσου ἐστὶν ἄξιος, χωρὶς φατοναβιτίονος[g]) δεσπότου.

40. *Cyr.* [*l.* 5 *pr.* §. 1]. Si servus emerit rem necessariam, integrum pretium versum est: sin minus, quanti valet, etiam sine ratihabitione domini.

εἰ γὰρ εἰδὼς ὁ οἰκέτης μὴ ἀναγκαῖα εἶναι τῷ δεσπότῃ τὰ πράγματα ἠγόρασεν, οὐ χώρα τῷ βέρσῳ· ἐπειδὴ ἐξ ὧν αἰτιῶν ὁ προκουράτωρ καὶ ὁ νεγοτιογέστωρ ἐλεύθερος ὢν καὶ δαπανήσας ἔχει τὴν μανδάτι ἢ τὴν νεγοτιόρουμ γεστόρουμ κατὰ τοῦ πρωτοτύπου, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὁ οἰκέτης δαπανῶν ποιεῖ τὴν δε ἰν ῥέμ βέρσο κατὰ τοῦ δεσπότου κινεῖσθαι, ὡς ἐν τῷ γ' διγ. τὸν κανόνα μεμάθηκας.

41. [*Steph. ad l.* 5 *pr. verb: quasi domino necessarias*]. Nam si sciens domino necessarias non esse eas res servus comparaverit, non est versum: nam ex quibus causis procurator et negotiorum gestor, qui liber est et impensas fecit, mandati vel negotiorum gestorum actionem adversus principalem habet, ex iisdem servus, qui impensas fecit, de in rem verso actionem adversus dominum competere facit, quam regulam dig. 3 [§. 2] didicisti.

εἰ γὰρ μὴ οἰκέτην ἀλλ' ἀγρὸν ἠγόρασε ὁ οἰκέτης, κατὰ πρόληψιν ἐνομίζετο ὡς ἀναγκαῖον αὐτὸν ἠγορακέναι, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐν τῷ ιβ' διγ. τοῦ παρόντος τί. ἀνάγν. δὲ αὐτὸ τὸ δίγ.

42. [*Steph. ad l.* 5 *pr. verb: veluti servos*]. Etenim si non servum sed fundum servus comparasset, ex praesumtione necessarium emisse videretur, ut discere est dig. 12 huius tit. Et legas hoc dig.

τοῦ ἀνων. ἔγνως γὰρ βι. γ' τί. ε' διγ. α', ὅτι ἐπὶ τῆς νεγοτιόρουμ γεστόρουμ τὸ χρησίμως γεστουμ ἀναγκάζεται ῥᾶτον ὁ δεσπότης ἀβιτεύειν[h]). ἐκ τῶν αὐτῶν θεμάτων τῆς νεγοτιόρουμ κανονίσας τὴν δε ἰν ῥέμ βέρσο, ὡς διγ. γ' θέ. β'.

43. *Anon.* [*ad l.* 5 §. 1]. Didicisti enim lib. III tit. 5 dig. 1 (?), in negotiorum gestorum actione dominum cogi, ut quod utiliter gestum est, ratum habeat ..... iisdem casibus, quibus negotiorum gestorum competit, de in rem verso esse definit, ut dig. 3 them. 2.

ἔνθα γὰρ μὴ ἀληθῶς[i]) ἀναγκαῖα πράγματα ἤτοι ἀναγκαῖα εἶναι νομίσας ἠγόρασε τῷ δεσπότῃ, τότε τῆς δε ἰν ῥέμ βέρσο κινουμένης οὐ σκοπεῖται τὸ τίμημα, ὅπερ ὁ οἰκέτης ὑπὲρ τῶν μὴ ἀναγκαίων πραγμάτων κατέβαλεν, ἀλλὰ πόσου ἐστὶ ταῦτα

44. [*Steph. ad l.* 5 *pr. verb: hactenus*]. Si enim non res utique necessarias, vel quas necessarias esse putaret, domino comparaverit, tunc mota de in rem verso actione non pretium spectatur, quod servus pro

167) Cod. ἢ καὶ αὐτή.

b) Cod. ιγ'.
c) Hic et infra Cod. ἀπόλληται scribit.
d) Cod. ις'.
e) Legere mihi visus eram: ὑπὲρ ὧν.
f) Cod. ις'.
g) Cod. χρεία ῥαβιτίονος.
h) Quaedam excidisse videntur.
i) Cod. ἀναγκαίως.

μὲν ὡς ἀναγκαίων δὲ ἀγοραζομένων, δαπάνημά ἐστι τὸ ἀληθὲς τίμημα.

L. 5. §. 2. D. XV. 3. Ἐὰν γνώμῃ τοῦ δεσπότου ἀγοράσῃ, ἡ κατὰ τοῦ δεσπότου ἀγωγὴ ἁρμόζει· εἰ δὲ μὴ κατὰ γνώμην, εἰ μὲν ἀναγκαῖον ἢ χρειῶδες ἡγόρασεν, ἢ δεκτὸν ἡγήσατο, χώρα τῇ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγῇ· εἰ δὲ μη-[δὲ]ν τούτων ἐστὶν, ἡ περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγὴ κινεῖται.

§. 3. Οὐ μόνον τὸ παραχρῆμα εἰς τὸν δεσπότην ἐρχόμενον ἐκ τοῦ δανειστοῦ δαπάνημά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πρότερον γεγονὸς τοῦ πεκουλίου, ὅτε μέντοι διοικῶν[168]) ὁ δοῦλος τὰ τοῦ δεσπότου δαπανήσει εἰς αὐτὰ ἐκ τοῦ πεκουλίου. εἰ γὰρ ὁ δεσπότης ἀφαιρήσει τὸ πεκούλιον ἢ πωλήσει τὸν δοῦλον μετὰ τοῦ πεκουλίου ἢ πρᾶγμα τοῦ πεκουλίου, οὐκ ἔστι δαπάνημα.

L. 6. D. eod. [ς'.] Καὶ[169]) αὐτὸ γὰρ τὸ παρὰ τοῦ δανειστοῦ δοθὲν, ἐὰν ᾖ ἐν πεκουλίῳ, οὐ νομίζεται δαπάνημα.

L. 7. pr. §. 1. D. eod. ζ'. Ulpi. Οὔτε εἰ δωρήσηται τὸ πρᾶγμα [ὁ] ἄξια, καὶ ἐπὶ τοσούτου κατέχεται ὁ δεσπότης, κατὰ τὸν ἐν τῷ γ' διγ. κανόνα πάλιν διὰ τὸν προσποριςμόν.

στεφ. σῆ. ὅτι καὶ βολοῦντας τοῦ δεσπότου τὴν κουοδ ἰοῦσο συνίστησι. τοῦτο δὲ νόησον, ὅτε τὴν οἰκείαν βούλησιν ἔδειξεν ὁ δεσπότης τῷ πεκουλιαρίῳ κρεδίτωρι. κἂν[k]) γὰρ ὑπογράψῃ μόνον ὁ δεσπότης ἐν τῷ χειρογράφῳ τῷ γινομένῳ παρὰ τοῦ οἰκέτου, ἐπειδὴ κἀνταῦθα ἡ βούλησις αὐτοῦ δείκνυται τῷ πεκουλιαρίῳ κρεδίτωρι, κἂν φατοναβιτεύσει, κουοδ ἰοῦσο κατέχεται, οὗ μὴν εἰ[l]) ἠγγυήσατο, ὡς ἐν τῷ α' διγ. τοῦ ἐξῆς τί. δηλοῦται.

τοῦτο νόησον, ἔνθα μὴ ὡς ἀναγκαῖα ἠγόρασε ὁ οἰκέτης τὰ πράγματα. τότε γὰρ κἂν μὴ ἐρατοναβίτευσεν ὁ δεσπότης, καὶ οὕτω τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο κατέχεται· οὐκ ἀναγκασθήσεται δὲ περαιτέρω τῆς ἀληθοῦς τῶν πραγμάτων διατιμήσεως παρασχεῖν, ὡς εἴπομεν ἐν ἀρχῇ τοῦ διγ.

καὶ ἐπὶ τῆς φατοναβιτίονος χώρα τῇ κουοδιοῦσο, ὡς διγ. δ' θέ. α'.[m])

κυρ. βέρσον ἐστὶ, κἂν πρῶτον εἰς τὸ πεκούλιον ἐστράφη. εἰ μέντοι ἀδεμπτεύσει τὸ πεκούλιον ὁ δεσπότης ἢ πωλήσει αὐτὸ μετὰ τοῦ οἰκέτου ἢ πρᾶγμα ἐξ αὐτοῦ, τοῦτο οὐκ ἐστὶ βέρσον· οὔτε γὰρ τὸ ὂν ἔτι ἐν τῷ πεκουλίῳ βέρσον ἐστὶν, οὔτε ὃ δωρεῖται δεσπότης, εἰ μὴ ἄρα ἃ[n]) ἐξ ἄλλου ἐδανείσατο δωρήσεται. εἰ δέ τις δῷ τῷ δούλῳ ἀργύριον, ἵνα ποιήσῃ ποτήριον ἐξ οἱουδήποτε ἀργύρου, καὶ ποιήσῃ, οὐ κινεῖται δε ἰν ῥέμ βέρσο.

στεφ. τοῦτο τὸ β' θέμα, τουτέστι τὸ καὶ τὰ ἤδη στραφέντα ἐν πεκουλίῳ, μετὰ ταῦτα δὲ εἰς δεσποτικὰς δαπανηθέντα χρείας, τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο ποιεῖν.

στεφ. πρᾶγμα τοῦ δεσπότου χειρίζων καὶ βουλόμενος ὥσπερ φυσικῶς αὐτὸν ἔνοχον ἔχειν. οὕτω νόησον· οὔτε γὰρ ἄλλως βέρσον γενέσθαι δοκεῖ τὸ ἅπαξ στραφὲν [ἐν] πεκουλίῳ, εἰ μὴ καὶ ἀπὸ γνώμης τοῦ οἰκέτου πλουσιώτερος γέγονεν ὁ δεσπότης, καὶ ὁ οἰκέτης οὐχ ὡς δωρούμενος, ἀλλ' ὡς βουλόμενος τὸν δεσπότην φυσικῶς ἔχειν χρεώστην, ἐδαπάνησεν.

τοῦ αὐτοῦ. εἰ γὰρ δανεισάμενος ὁ οἰκέτης μὴ ἔστρεψεν ἐν πεκουλίῳ, ἀλλ' ἐδαπανησεν εἰς τὰ πράγματα τοῦ δεσπότου ἢ κατέβαλε δανειστῇ τοῦ δεσπότου ἢ καὶ αὐτῷ τῷ δεσπότῃ παρέσχεν, εἰ καὶ δωρουμένου ψυχῇ τοῦτο πεποίηκεν, οὐδὲν ἧττον τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο γίνεται χώρα. μάθε γὰρ ὡς ἐν συναγωγῇ τε καὶ θεωρίᾳ, τῶν ὅσα γίνεται καὶ συναλλάττεται παρὰ τῶν οἰκετῶν ἢ τῶν ὑπεξουσίων, τὰ μὲν ἐξ αἰτίας γίνεται κοινῆς τόν τε πατέρα καὶ τὸν ὑπεξούσιον ὁρώσης, τὰ δὲ ἐξ ἰδικῆς, τουτέστιν ὁρώσης τὸν πατέρα μόνον ἢ τὸν ὑπεξούσιον μόνον. δαπανῶσι μέντοι περὶ τὰ πράγματα τῶν πατέρων οἱ

necessariae emuntur, in rem versum est, quatenus verum pretium facit.

Si voluntate domini emat, adversus dominum actio est: si non voluntate, sed necessarium quid vel utile emat, vel ratum habeat, de in rem verso actioni locus est: si nihil eorum est, de peculio agitur.

Non solum id quod confestim a creditore in dominum transit, in rem versum est, sed etiam quod prius in peculio fuit, si quidem servus, quum res domini administraret, sumtus in eas ex peculio fecerit. Nam si dominus peculium ademerit, vel servum cum peculio vendiderit vel rem peculiarem, in rem versum non est.

VI. Imo quod a creditore datum est, quamdiu in peculio manet, non est in rem versum.

VII. *Ulpi.* Nec si rem donaverit servus dorebus non necessariis solvit, sed quanti sunt, et hactenus dominus tenetur, quia ei acquisitum est, secundum regulam dig. 3 [§. 1] traditam.

45. *Steph.* [*ad l.* 5 §. 2 *verb: voluntate*]. Nota, quod etiam voluntas domini quod iussu actionem inducat. Hoc autem accipe, si voluntatem suam dominus creditori peculiari palam fecerit. Nam etsi subscripserit tantum dominus servi chirographo, quia et hic voluntas eius creditori peculiari palam fit, et si ratum habuerit, quod iussu tenetur, non autem si fideiussit, ut dig. 1 [§. 5] tit. sequentis ostenditur.

46. [*Steph. ad l.* 5 §. 2 *verb: vel utilem*]. Hoc accipe, si non necessarias res comparaverit servus. Tunc enim, licet ratum non habuerit, tamen de in rem verso dominus tenetur: sed non cogitur ultra verum pretium earum rerum praestare, ut initio huius dig. diximus.

47. [*Anon. ad l.* 5 §. 2]. Etiam si ratum habuerit, quod iussu agi potest, ut [tit.] 4 [dig.] 1 [§. 6].

48. *Cyr.* [*l.* 5 §. 3 *l.* 6. 7 *pr.* — §. 2]. Versum est, etiamsi prius in peculium conversum sit. Si vero peculium dominus ademerit vel cum servo illud vendiderit vel rem peculiarem, hoc non est versum: neque enim versum est, quod adhuc in peculio est, nec quod domino donat, nisi donet, quae ab alio mutua acceperit. Quodsi quis servo argentum det, ut peculium ex quolibet argento faceret, et fecerit, de in rem verso non agitur.

49. *Steph.* [*ad l.* 5 §. 3 *verb: Hoc autem*]. Scilicet quod secundo loco positum est, nimirum de in rem verso actionem esse, si quod prius in peculium conversum est, postea in usus dominicos impensum sit.

50. *Steph.* [*ad l.* 5 §. 3]. *Rem domini gerens*, ut naturaliter quasi eum sibi obligaret. Sic intellige: aliter enim, quod semel in peculium conversum est, non videtur versum fieri, nisi voluntate servi dominus locupletior factus sit et servus non donandi animo, sed ut dominum naturaliter obligatum haberet, impenderit.

51. *Eiusdem.* [*ad l.* 7 *pr. verb: rem peculiarem*]. Si nimirum servus pecuniam, quam mutuam accepit, in peculium non verterit, sed in res domini impenderit vel creditori domini solverit vel ipsi domino dederit, licet hoc donandi animo fecerit, nihilominus de in rem verso actioni locus est. Disce enim quasi compendio doctrinae: Eorum, quae a servis vel filiis fiunt et contrahuntur, quaedam ex causa communi fiunt, quae tam ad patrem quam ad filium spectet, quaedam ex speciali, hoc est quae vel patrem solum vel filium solum spectet.

168) Expl. fol. 147. 142. Inc. fol. 20. 15.

169) In Cod. hoc caput praecedenti iunctum est.

k) Cod. *καί*.
l) Cod. *ἤ*.
m) Lege *τί. δ' διγ. α'.*
n) Cod. *καί*.

δοῦλος τῷ δεσπότῃ ὁλοψύχως[170])· ἐπὶ τούτου γὰρ χώρα τῇ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγῇ.

Ἐὰν [ἐδάνεισας] ἀργύριον τῷ δούλῳ μου ἐπὶ τῷ ποιῆσαί σοι ἐξ οἱουδήποτε ἀργύρου ποτήρια, καὶ ποιήσας αὐτὰ τελευτήσει, οὐκ ἐπειδὴ δύναμαι αὐτὰ διεκδικεῖν, ἔχεις κατὰ μοῦ τὴν περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγήν.

Δαπάνημά ἐστιν, ὅπερ εἰς ταφὴν ἀνήκουσαν τῷ δεσπότῃ δαπανήσει.

ὑπεξούσιοι ἢ τὰ ἤδη στραφέντα ἐν πεκουλίῳ, [ἢ] αὐτόθεν τὰ δανεισθέντα αὐτοῖς καὶ μήπω στραφέντα εἰς τὸ πεκούλιον. δαπανήσει[o]) περὶ[p]) τὰ πράγματα τοῦ πατρὸς οἱ ὑπεξούσιοι, τότε ἐκ τῆς διαθέσεως αὐτῶν τῶν ὑπεξουσίων κρίνεται τὸ βέρσον, εἴτε δόνανδι ἀνείμο, εἴτε κοντράνδι ἀνείμο, τουτέστι εἰ βουλόμενοι φυσικῶς ἔνοχον ἔχειν τὸν πατέρα τὴν δαπάνην ἐποιήσαντο. καὶ εἰ μὲν δόνανδι ἀνείμο ἐδαπάνησαν τὰ ἤδη στραφέντα εἰς πεκούλιον, οὐ τίκτεται DE IN REM VERSO, κἂν ἡ χρεία δέ, περὶ ἣν ἐδαπάνησαν, μόνον ἐώρα τὸν πατέρα· κατέβαλον γὰρ τυχὸν οἱ ὑπεξούσιοι δανειστῇ αὐτοῦ τοῦ πατρός. εἰ δὲ κοντράνδι ἀνείμο τὴν δαπάνην ἐποιήσαντο, κἂν ἐκ τῶν ἤδη στραφέντων εἰς τὸ πεκούλιον ἐδαπάνησαν, τίκτουσι DE IN REM VERSO. ἔνθα δὲ τὰ δανεισθέντα αὐτοῖς καὶ μήπω στραφέντα εἰς τὸ πεκούλιον εἰς πρᾶγμα τοῦ πατρὸς ἐδαπάνησαν οἱ ὑπεξούσιοι, τότε εἰ μὲν τὸν πατέρα μόνον ἡ χρεία ἐώρα, οὐ περιεργάζομεν τὴν τῶν ὑπεξουσίων διάθεσιν, ἀλλὰ[q]) αὐτόθεν δίδομεν τὴν DE IN REM VERSO· τοσοῦτον, ὅτι κἂν δόνανδι ἀνείμο καταβάλῃ δανειστῇ τοῦ πατρὸς τὰ δανεισθέντα αὐτῷ καὶ μήπω στραφέντα εἰς πεκούλιον ὁ ὑπεξούσιος, τίκτεται[r]) DE IN REM VERSO. ἔνθα δὲ περὶ κοινὴν δεδαπάνηται χρείαν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἢ EX EVENTU[s]) ἤτοι ἐξ ἀποφάσεως καὶ ἀποτελέσματος γενομένην κοινὴν (τί γάρ; ὅτι τὴν οἰκείαν ἐπροίκισαν οἱ ὑπεξούσιοι θυγατέρα, ἢ καὶ τῷ ἐπερωτήσαντι αὐτοὺς καὶ τὸν πατέρα χρέος κατέβαλον, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως περιέλθῃ εἰς τὸν πατέρα), ἐπὶ τούτων τῶν θεμάτων, τουτέστιν ἔνθα περὶ κοινὴν ἐδαπάνησε χρείαν ὁ ὑπεξούσιος τὰ δανεισθέντα καὶ μήπω στραφέντα εἰς τὸ πεκούλιον, τότε πολλάκις ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ ὑπεξουσίου κρίνεται τὸ βέρσον, καὶ ἡ περὶ τούτων διαίρεσις ἐξ αὐτῶν δείκνυται τῶν ὑποκειμένων τῷ τί. θεμάτων, εἴ τις[t]) ἀκριβέστερον αὐτῶν ἀνερευνήσει τὸ καθ' ἕκαστον.

τοῦ ἀνωνυμ. εἰ γὰρ ἐπὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι, μίσθωσις ἦν... δεσπότ..... [ὡς] βι. [ιθ'] τί. β' διγ. β'.

εἰ[πὼν ὁ] τὸ ἀργύριον [δοὺς]· λάβε ταύτην τὴν βῶλον [καὶ] ποίησόν μοι ποτήρια ἐξ οἱουδήποτε ἀργύρου ἐθέλεις, ἐδόκει τὴν βῶλον τιμήματος χάριν καταβαλεῖν τῷ οἰκέτῃ καὶ δεσπότην αὐτὸν ταύτης [ἐποίησε] καὶ εἰκότως τῷ δεσπότῃ προ[σε]πορίσθη ταύτης ἡ δεσποτεία. ὅ[τε γὰρ] χρυσοχόῳ τυχὸν ἐπιτάξω π[οιεῖν] μοι δακτύλιον φανερού τ.....[u]) εἰ μὲν παράσχω αὐτῷ τὸν χρυσὸν καὶ εἴπω· ποίησόν μοι τὸν δακτύλιον ἐκ τούτου τοῦ χρυσοῦ, ἢ ὁρίσω αὐτῷ μισθὸν, τότε λοκατίων καὶ κονδουκτίων συνίσταται μεταξὺ ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ· εἰ δὲ εἴπω αὐτῷ· ποίησόν μοι τὸν δακτύλιον ἐκ τοῦ σοῦ χρυσοῦ, τότε πρᾶσις καὶ ἀγορασία ἐστὶ τὸ συνάλλαγμα, καὶ ὅπερ ἂν ὁ ἐπιτάξας παράσχῃ, τοῦτο λόγῳ τιμήματος πεπεχηκέναι δοκεῖ, ὡς ἐν τῷ κθ' τί.[v]) τῆς γ' τῶν ἰνστ. καὶ ὡς ὁ Γάϊος ἐν τῷ η' βι. τοῦ παρόντος συντάγματος τί. β' διγ. β' φησί.

διὰ τοῦτο δὲ κατέχεται[w]) ὁ δεσπότης ἐπὶ τοῦ προκειμένου θέματος τῇ δὲ ἐν ῥέμ βέρσο, ἐπειδὴ σκοπὸν[x]) εἶχεν ὁ οἰκέτης

mino: [non autem si pro domino solverit] donandi animo: tunc enim de in rem verso actioni locus est.

Si servo meo argentum credidisti, ut tibi ex quolibet argento pocula faceret, mox factis iis decessit, non ideo, quod ea vindicare possum, de in rem verso adversus me actionem habes. *L. 7. §. 2. D. XV. 3.*

In rem versum est, quod ad funus erogaverit, quod ad dominum pertinebat. §. 3.

Vertunt autem filii in res patrum aut ea, quae iam in peculium conversa sunt, aut illico, quae iis credita et necdum in peculium conversa sunt. [Et si quidem, quae iam in peculium conversa sunt,] filii in rem patris vertant, tunc ex ipsorum filiorum affectu versum diiudicatur, sive donandi animo, sive contrahendi animo, hoc est ut sibi patrem naturaliter obligarent, impensam fecerint. Et si quidem donandi animo impenderint, quae iam in peculium versa erant, de in rem verso actio non nascitur, si vel causa, in quam impenderint, ad solum patrem spectaverit: veluti si filii creditori ipsius patris solverint. Sin contrahendi animo impensam fecerint, licet ex his, quae iam in peculium versa erant, erogaverint, de in rem verso competere faciunt. Sin autem ea, quae ipsis credita et nondum in peculium conversa erant, filii in rem patris verterint, tunc, si causa ad patrem spectet, in animum filiorum non inquirimus, sed confestim de in rem verso actionem damus: adeo, ut, etsi donandi animo filius ea, quae ipsi credita, nondum autem in peculium conversa erant, creditori patris solverit, de in rem verso actio competat. Si vero in causam communem impensum est, sive ab initio sive ex eventu communis facta sit (quid enim? si filiae suae filiifamilias dotem dederint, vel ei, qui ab ipsis et a patre stipulatus esset, debitum solverint, et stipulatio ad patrem respiciat), his casibus, hoc est si filius in causam communem impenderit, quae ei credita nondum autem in peculium versa erant, tunc nonnunquam ex affectu filii versum diiudicatur, et distinctio, quae in his adhibenda est, ex ipsis thematibus huius tituli apparet, si quis singula accuratius inspexerit.

52. *Anon.* [*ad l. 7 §. 2 verb: ex oiovdήποτε ἀργύρου.*] Nam si ad hoc, ut ex ipso faceret, conductio erat .... ut lib. XIX tit. 2 dig. 2 [§. 1].

53. [*Steph. ad l. 7 §. 2 verb: ex quolibet argento*]. Qui argentum dat, si dicit: sume hanc massam et fac mihi pocula ex quocunque argento volueris, eam massam pretii gratia servo dare videtur eumque dominum eius effecit, et consequenter dominium eius domino acquisitum est. Nam si aurifici iniunxero, ut mihi annulum faceret certi [ponderis], siquidem aurum ei dederim et dixerim: fac mihi annulum ex hoc auro, vel mercedem ei statuerim, locatio conductio inter me et eum contrahitur; si vero dixerim ei: fac mihi annulum ex tuo auro, emtio venditio contrahitur, et quodcunque praestiterit, qui opus mandavit, hoc pretii nomine praestitisse videtur, ut tit. 24 [§. 4] lib. III Inst. et ut Gaius lib. VIII huius partis tit. 2 dig. 2 [§. 1] dicit.

54. [*Steph. ad l. 7 §. 3*]. Propterea hoc casu dominus de in rem verso tenetur, quia servus hoc animo

170) Videtur aliquid excidisse; puta: *οὐ μὴν εἰ καταβάλῃ ὑπὲρ τοῦ δεσπότου ὁλοψ.*

o) Sic Cod.; lege: *καὶ ἔνθα μὲν τὰ ἤδη στραφέντα εἰς τὸ πεκούλιον δαπανήσουσι.*
p) Expl. fol. 147. 142. Inc. fol. 20. 15.
q) Legeram: πολλοῖς.
r) Cod. οὐ τίκτ.
s) Cod. EMTO.
t) Cod. ἤτις.
u) Forte σταθμοῦ vel ποσοῦ legendum est.
v) Cod. κδ' διγ. τί.
w) Cod. οὐ κατίχεται. Suspicio est, quaedam excidisse, de quo videas etiam notam seq. Nimirum Codex haec verba: *διὰ τοῦτο δὲ οὐ κατίχεται κτλ.* uno tenore praecedenti scholio addit, quamquam sequentia non ad l. 7 §. 2, sed ad l. 7 §. 3 pertineant. Crediderim igitur, praecedenti scholio quaedam accessisse, puta: *διὰ τοῦτο δὲ οὐ κατίχεται ὁ δεσπότης ἐπὶ τοῦ προκειμένου θέματος τῇ δὲ ἐν ῥέμ βέρσο, ἐπειδὴ σκοπόν* .....—, et deinde novum scholium ad l. 7 §. 3 similiter incepisse *διὰ τοῦτο δὲ κατίχεται κτλ.* Quorum verborum similitudine librarius turbatus est.
x) Codex addit: *ἐπεὶ σκοπόν.*

L. 7. §. 4. *D.* XV. 3. Ἐὰν κληρονομίαν ἀνήκουσάν σοι ἀγοράσω παρὰ τοῦ δούλου σου, καὶ ἢ συλλογίσωμαι εἰς τὸ τίμημα τὸ χρεωστούμενόν μοι παρ' αὐτοῦ ἢ καταβάλω δανεισταῖς, καὶ ἐκδικήσῃς [171]) παρ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν,

Si hereditatem ad te pertinentem a servo tuo emero, et aut cum pretio computavero, quod ille mihi debebat, aut creditoribus solvero, si eam hereditatem a me abstuleris, adversus te de in rem verso actio-

βέρσον ποιῆσαι, τὸ δὲ βέρσον ἐκ τοῦ σκοποῦ [καὶ] τῆς διαθέσεως τοῦ ὑπεξουσίου κανονίζεται, ὡς ἔστι μὲν καὶ ἀλλαχόθεν μαθεῖν, μάλιστα δὲ ἐκ τοῦ τέλους τοῦ παρόντος διγ. τοῦτο δὲ λέγω καὶ τὸ [y]) βέρσον ἐκ τῆς τοῦ ὑπεξουσίου κρίνω διαθέσεως, εἰ καὶ μὴ τὰ στραφέντα ἐν πεκουλίῳ ἀλλὰ τὰ δανεισθέντα αὐτῷ περί τινα [z]) χρείαν ἐδαπάνησε, ὅτε ἡ χρεία, πρὶν ἢ ἡ δαπάνη γέγονεν, οὐ τὸν πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὑπεξούσιον [ἑώρα] οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου [a]) θέματος· τὸ γὰρ προικισθῆναι τὴν τοῦ ὑπεξουσίου θυγατέρα καὶ αὐτῷ συναλλάττεται τῷ ὑπεξουσίῳ [καὶ τῷ] πατρὶ καὶ τῷ πάππῳ καὶ πάντες ἐπιτ . . . . . ν εἰρημέν . . θεματ . . , ἔνθα τὴν κληρονομίαν ὁ οἰκέτης τὴν εἰς αὐτὸν κατενεχθεῖσαν ἐπώλησεν, οὐ μόνον τὸν δεσπότην, [ἀλλὰ καὶ τὸν οἰκέτην ὁ]ρᾷ τὸ γενόμενον ἐπὶ τῇ πράσει συνάλλαγμα, τοῦτο μὲν τῶν νεοεδιταρίων χρεῶν ὑπὸ τοῦ τῆς κληρονομίας ἀγορ[αστοῦ κατα]βληθέντων, τοῦτο δὲ καὶ τοῦ πεκουλιαρίου χρέους κομπενσατευθέντος εἰς τὸ τίμη[μα τῆς ἀγο]ρα[σθείσης] κληρονομίας. τότε οὖν, ὡς εἶπον, ἐκ τῆς τοῦ οἰκέτου διαθέσεως κρίνω τὸ βέρσον, ὅτε μὴ μόνον τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὑπεξούσιον ὁρᾷ τὸ πραττόμενον, εἰ καὶ μήπω στραφέντα εἰς τὸ πεκούλιον ὁ ὑπεξούσιος περὶ τὴν κοινὴν ἐδαπάνησε χρείαν. εἰ γὰρ μόνῳ τῷ δεσπότῃ ἁρμόζει τὸ πραττόμενον [b]), ὡς ἔνθα δανειστῇ τοῦ δεσπότου κατέβαλεν ὁ οἰκέτης, τό[τε] διάστιξον, καὶ εἰ μὲν τὰ ἤδη στραφέντα ἐν πεκουλίῳ, πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ καταβάλλοντος κρίνω τὸ βέρσον, καὶ τότε τὴν δε ἐν ῥέμ βέρσο χώραν ἔχειν εἰπέ, ὅτε ὡς [c]) νεγότια χειρίζων τοῦ δεσπότου ἤτοι ὡς βουλόμενος αὐτὸν [φυσικῶς] ἔνοχον ἔχειν κατέβαλεν ὁ οἰκέτης. εἰ δὲ τὰ μήπω στραφέντα ἐν πεκουλίῳ, ἀλλὰ τυχὸν δανεισάμενος καὶ . . . . . [d]) ὡς εἶπον ἐν πεκουλίῳ ταῦτα κατέβαλε δανειστῇ τοῦ δεσπότου ἢ καὶ αὐτῷ παρέδωκε τῷ δεσπότῃ [e]), τότε κἂν δόνανδι ἀνείμῳ τὴν τοιαύτην καταβολὴν ἐποιήσατο, χώρα τῇ βέρσο. τοῦτο γὰρ ἔγνως ἐν τῷ ε καὶ ζ [f]) διγ. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ εἰρημένον ἐν τῷ ι' διγ. ἔνθα τοῦ ὑπεξουσίου τὸ πατρικὸν ἐπερωτηθέντος χρέος καὶ ἐναχθέντος ἐκ τῆς διαθέσεως αὐτοῦ τοῦ ὑπεξουσίου παιδὸς ὁ παππιανὸς ἐξετάζει τὸ βέρσον. καὶ ἐκεῖσε γὰρ οὐ δανεισαμενος ὁ ὑπεξούσιος ἐδαπάνησε αὐτοῦ τὸ πεκούλιον [g]), ἀλλὰ ἔνοχον κατέστησεν αὐτὸν καὶ ἐμείωσεν αὐτοῦ τὸ πεκούλιον, καὶ δοκεῖ πως ἐκ τοῦ οἰκείου προ . . . ου [h]) τινὰ δαπανῆσαι περὶ τὸν πατέρα· εἶπον δέ σοι, ὅτι ἔνθα ἐκ τοῦ πεκουλίου δαπανᾷ περὶ τὸν πατέρα ὁ ὑπεξούσιος, ἐκ τῆς διαθέσεως αὐτοῦ τὸ βέρσον κανονίζεται· πρὸς δὲ τούτοις ἐπὶ τοῦ εἰρημένου θέματος ἐπερωτηθεὶς ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καὶ ἐναχθεὶς, οὐχ ὡς δεφένσωρ αὐτοῦ ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐξτιπουλάτου σουο νόμινε, οὐκ ἠλευθέρωσεν αὐτόν.

fuit, ut verteret, versum autem ex consilio et animo eius, qui sub potestate est, diiudicatur, ut passim disci potest, maxime vero ex fine huius dig. Hoc autem dico et versum ex animo eius, qui sub potestate est, diiudico, etiamsi non quae iam in peculium versa sunt, sed quae ei credita sunt, in aliquam causam impenderit, si quidem ea causa, antequam impensa fieret, non ad patrem solum, sed et ad ipsum filium spectaverit, ut them.... [§. 5]; nam filiam filiifamilias dotem accipere et ipsius filii et patris et avi interest ..... si hereditatem sibi delatam servus vendidit, non solum ad dominum, sed et ad servum contractus venditionis spectat, tum si debita hereditaria ab emtore hereditatis solvantur, tum si debitum peculiare cum pretio emtae hereditatis compensetur. Tunc igitur, ut dixi, versum ex animo servi diiudico, si non solum ad patrem dominumve quod gestum est spectat, sed etiam ad eum ipsum, qui sub potestate est, etiamsi is ea, quae nondum in peculium versa sunt, in causam communem impenderit. Si vero ad solum dominum pertineat, quod gestum est, veluti si creditori domini servus solverit, tunc distingue, et siquidem ea solvit, quae iam in peculium conversa erant, rursus ex consilio eius, qui solvit, versum diiudico, et tunc de in rem verso actionem dic locum habere, si tamquam negotia domini gerens sive hac mente, ut eum naturaliter sibi obligatum haberet, servus solverit. Sin autem ea, quae nondum in peculium versa erant, sed ea quae credita accepit et [nondum], ut dixi, in peculium [vertit], creditori domini solverit vel ipsi domino praestiterit, tunc, etiamsi donandi animo numeraverit, de in rem verso actioni locus est. Hoc enim didicisti dig. 5 et 7 (?). Nec adversetur tibi, quod dig. 10 [§. 2] dicitur, ubi Papinianus, quum a filio quis stipulatus esset, quod pater deberet, eumque convenisset, ex affectu ipsius filiifamilias, an versum sit, examinat. Ibi enim filius, [quamvis] non ex peculio, postquam mutuam pecuniam sumsit, erogaverit, tamen se obligavit et peculium suum minuit, et quasi ipse ex sua [persona] circa patrem aliquid erogare videtur: atqui dixi tibi, si filius ex peculio suo circa patrem quid erogaverit, ex affectu eius versum definiri; praeterea in dicta specie filius, qui pro patre promisit et conventus est, non tamquam defensor eius sed ex stipulatu proprio nomine, eum neutiquam liberavit.

ἀνων. ἀνάγν. τὰ περὶ τῶν ἐνδεβίτως δοθέντων διγ. γ' θέ. β', καὶ περὶ δανείου θέ. ς' τοῦ αὐτοῦ διγ.

55. *Anon.* [*ad l.* 7 §. ?]. De his, quae indebite praestantur, lege dig. 3 them. 2, et de mutuo them. 6 eiusdem dig.

εἰ γὰρ καὶ ὁ οἰ . . . . . υρω . . . καὶ ἅπερ ἐξ αὐτοῦ κα . . . τισ . . . ἐν . . . . . ἐκ . . . . . μα δοκεῖ . . . . . καὶ οὕτως ἐπ . . . . . πει περιελθεῖν ἀλλ' οὖν . . . . . ρισμ . . περιελθόντα . . . . . ἢ προαιρέσει . . . . αν . . . . . εἰ γὰρ τοῦτο . . . . . θ . . . . . πο τοῦ πεκουλίου καὶ οὐκ εὐθείας παρεῖχε ὁ οἰκέτης τῷ δεσπότῃ, διαστίζοντες λέγομεν, ὅτι εἰ μὲν δονανδι ἀνείμο, DE IN REM VERSO κατέχεται ὁ τοῦ οἰκέτου δεσπότης τῷ δεδωκότι τὸν ἄργυρον. [i])

56. [*Steph. ad l.* 7 §. 2]. Nam et si — — — — — — — — — — — — ex peculio et non directe servus domino praestitit, tunc distinguimus, dominum servi de in rem verso ab eo, qui argentum dedit, conveniri, si donandi animo .....

κυρ. τὸ τὰ εἰς κηδείαν ἀνήκουσαν τῷ δεσπότῃ δαπανῆσαι βέρσον ἐστίν.

57. *Cyr.* [*l.* 7 §. 3]. Si in funus impenderit, quod ad dominum pertinet, versum est.

κυρ. ἐὰν κληρονομίαν πωλήσῃ μοι δοῦλός σου καὶ καταβάλω τοῖς δανεισταῖς, εἶτα ταύτην ἀφέλῃς, κινῶ δε ἐν ῥεμ

58. *Cyr.* [*l.* 7 §. 4]. Si hereditatem servus tuus mihi vendiderit et creditoribus solvero, postea eam mihi

171) Cod. ἐκδικήσας.

y) Cod. ὅτι.
z) Cod. τήν.
a) Malim ἑκτου. Verbum προκειμένου per abbreviationem scribi solet, ut permutatio facilis sit.
b) Legeram. τότε τά.
c) Cod. ὅτι ὁ.
d) Forte μήπω λαβών.
e) Cod. δανειστῇ.
f) An ς';
g) Haec corrupta esse facile intelligitur. Forte sic scribendum: εἰ καί οὐ δανεισάμενος — ἐδαπάνησεν ἐκ τοῦ πεκουλίου.
h) Vel προσώπου, vel πεκουλίου legerim.
i) Nempe exciderunt nonnulla.

ἔχω κατὰ σοῦ τὴν ἀγωγὴν ὡς δαπανήματος γενομένου[172]), ἐὰν μέντοι γνώμην ὁ δοῦλος εἶχεν αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ δεσπότου στρέψαι· ἄλλως γὰρ ἡ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγὴ οὐχ ἁρμόζει.

Ἐὰν[173]) ὡς πράττων τῷ πατρί μου δανείσωμαι καὶ προικίσω[174]) τὴν θυγατέρα μου, δαπάνημά ἐστιν.

η'. Paul. Τὸ αὐτό, κἂν ἀδελφὴν ἢ ἐξ ἄλλου ἀδελφοῦ ἐγγόνην τοῦ πατρός μου προικίσω· κἂν ὁ δοῦλος δανεισάμενος προικίσῃ τὴν θυγατέρα τοῦ δεσπότου.

θ'. Iavole. Εἰ μέντοι προικίζειν ὁ πατὴρ οὐκ ἤμελλεν, οὐκ ἔστι δαπάνημα.

nem habeo: si nimirum servus hoc animo fuit, ut ea in rem domini verteret: alias enim de in rem verso actio non competit.

Si ut patris mei negotium gerens pecuniam mutuatus pro filia mea dotem dedero, in rem versum est. *L. 7. §. 5. D. XV. 3.*

VIII. *Paul.* Idem est, si pro sorore vel nepte patris mei ex alio fratre dotem dedero: et si servus mutuatus pro filia domini dotem dederit. *L. 8. D. eod.*

IX. *Iavole.* Si vero pater dotem daturus non fuit, in rem versum non est. *L. 9. D. eod.*

βερσο· εἰ δὲ καὶ ἀντὶ τιμήματος χρέος παραχωρήσω τῷ δούλῳ, ἔχω δε IN REM VERSO, [εἰ κ]αὶ νεγοτια χειρίζων τοῦ δεσπότου ἐπώλησεν.

στεφ. τοῦτο ἐκ προαιρέσεως καὶ μὴ ἐξ ἀνάγκης νοήσεις. εἰ γὰρ καὶ ἐλεύθερος ἦν ὁ τὴν κληρονομίαν αὐτῷ πωλήσας, οὐδὲ οὕτω ἀνάγκην εἶχε τοῖς νερεδιταρίοις δανεισταῖς ἀποκρίνεσθαι. κληρονομίας γὰρ πιπρασκομένης ὁ πράτης ἐναγεται καὶ ἔχει κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ τὴν ἐξ βενδίτο, ἢ τὴν ἐξτιπουλάτου, εἰ ἔτυχεν αὐτὸν ἐπερωτήσας περὶ ὧν ὡς εἰκὸς προφάσει τῆς κληρονομίας ἐναγόμενος καταβάλῃ, ὡς ἀνήνεκται βι. δ' τοῦ κώδ. τί. λθ' διατ. β'. πλὴν εἰ μὴ ὁ φίσκος ἐστὶν ὁ τὴν κληρονομίαν πωλήσας· τότε γὰρ [ὁ] ἀγο[ρα]στὴς ὀφείλει τοῖς νερεδιταρίοις[k]) ἀποκρίνεσθαι δανεισταῖς, ὡς ἡ α' τοῦ εἰρημένου βι. καὶ τί. διάταξις φησίν.

στεφ. κἂν τὰ μάλιστα μηδὲν τοῖς νερεδιταρίοις κατέβαλον δανεισταῖς ἐγὼ ὁ τῆς κληρονομίας δανεισταί[l]).

τοῦ ἀνων. μέχρι τοῦ ποσοῦ τοῦ πεκουλίου, ὡς διγ. ι' θέ. θ'.

περιῆλθε γὰρ εἰς σέ, ὅπερ ἀνάγκην εἶχες διδόναι μοι κινοῦντι κατά σου[m]) δε πεκουλίο προφάσει τῶν χρεωστηθέντων μοι πρότερον ὑπό[n]) τοῦ οἰκέτου.[o])

σῆ. ὅτι πανταχοῦ πρὸς τὸ χώραν γενέσθαι τῇ δε ἐν ῥέμ βέρσο δεῖ τὸν δεσπότην ἀπὸ σπουδῆς καὶ γνώμης τοῦ οἰκέτου πλουσιώτερον εἶναι.

τοῦ ἀνων. εἰ δὲ καὶ πεκουλιαρίως ἐξ ἀρχῆς δανείσηται καὶ[p]) ὕστερον αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ δεσπότου στρέψει, βέρσον ἐστὶ, ὡς διγ. γ' θέ. β'.

κυρίλλ. εἰ υἱὸς δανεισάμενος δῷ προῖκα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς νεγότιον χειρίζων τοῦ πατρὸς, βέρσον ποιεῖ. τὸ αὐτὸ κἂν ὑπὲρ ἀδελφῆς αὐτοῦ ἔδωκεν, ἢ ὑπὲρ ἐγγόνης τοῦ πατρὸς ἐξ ἄλλου υἱοῦ, κἂν δοῦλος [ὑπὲρ θυγατρὸς τοῦ δεσπότου]· εἰ μὴ ἄρα οὐκ ἤλπιζε[q]) προικίζειν αὐτὴν ὁ πατήρ.

ἐπειδὴ γὰρ ἀνάγκην ἔχει καὶ ὁ πάππος προικίζειν καὶ[r]) τὴν ἐγγόνην, ὑπεξουσίαν δηλονότι τυγχάνουσαν καὶ καιρὸν ἄγουσαν γάμου, ὡς μαρκιανὸς ἐν τῷ δε σπονσαλίβους μονοβιβλ. τί. β' διγ. ιθ' φησὶν, εἰκότως ὁ υἱὸς ὁ δανεισάμενος καὶ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα προικίσας εἰσάγει τὴν δε ἐν ῥέμ βέρσο κατὰ τοῦ πατρός, ἐν ᾧ δηλονότι καὶ ὑπεξουσία ἦν ἡ ἐγγόνη καὶ καιρὸν ἦγε γάμου, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἱκανὰ ὁ υἱὸς ὡς νεγότιον χειρίζων τοῦ οἰκείου πατρὸς, πάππου δὲ τῆς κόρης, τὴν προῖκα ἐπιδεδωκώς, ὡς ὁ νομικὸς φησιν· ἐπειδὴ γὰρ κοινή ἐστιν ἡ αἰτία, εἰκότως κἀνταῦθα πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ ὑπεξουσίου τὸ βέρσον σκοπεῖται.

εἶπον γάρ σοι καὶ ἐν τῷ προλαβόντι διγ. ὅτι ἀνάγκην ἔχει καὶ τὴν ἐγγόνην καὶ τὰς ἐφεξῆς, ὑπεξουσίας μέντοι τυγχανούσας αὐτῷ.

τί γάρ; ὅτι εὔπορος ἦν ὁ πατὴρ καὶ[s]) παρεκαλεῖτο πολ-

abstuleris, de in rem verso ago: sed et si pretii loco servo debitum remisero, de in rem verso actionem habeo, si nimirum tamquam negotia domini gerens vendidit.

59. *Steph.* [*ad l.* 7 §. 4 *verb: creditoribus pecuniam solvero*]. Scilicet sponte, non ex necessitate. Nam et si liber hereditatem ei vendidisset, ne tum quidem necesse haberet creditoribus hereditariis respondere. Etenim hereditate vendita venditor convenitur et adversus emtorem ex vendito agit, vel ex stipulatu, si ab eo stipulatus sit redditum iri, quae forte conventus hereditatis causa soluturus sit, ut relatum est lib. IV Cod. tit. 39 const. 2. Nisi forte fiscus sit, qui hereditatem vendidit: tunc enim emtor creditoribus hereditariis respondere debet, ut const. 1 dicti lib. et tit. dicit.

60. *Steph.* [*ad l.* 7 §. 4 *verb: licet nihil solvi*]. Licet nihil creditoribus hereditariis solverim ego, qui hereditatis [emtor] sum.

61. *Anon.* [*ad l.* 7 §. 4]. Peculio tenus, ut dig. 10 them. 9.

62. [*Steph. ad l.* 7 §. 4 *verb: ad dominum pervenit*]. Nam pervenit ad te, quod mihi praestare necesse habuisses, si de peculio tecum egissem ob ea, quae prius a servo mihi fuerant debita.

63. [*Steph. ad l.* 7 §. 4 *verb: nisi hoc animo gesserit*]. Nota semper, ut de in rem verso actioni locus sit, dominum studio et consilio servi locupletiorem esse oportere.

64. *Anon.* [*ad l.* 7 §. 4]. Sed et si initio peculiariter mutuatus sit, et postea in rem domini vertat, versum est, ut dig. 3 them. 2 [§. 1].

65. *Cyrill.* [*l.* 7 §. 5 *l.* 8. 9]. Si filius pecuniam mutuatus pro filia sua dotem dederit quo negotium patris gereret, versum est. Idem est, si pro sorore sua dederit, vel pro nepte patris ex alio filio, vel si servus pro filia domini: nisi forte pater dotem non erat daturus.

66. [*Steph. ad l.* 7 §. 5 *verb: quatenus avus*]. Quia nimirum etiam avus neptem, quae sub potestate eius constituta et viri potens est, dotare necesse habet, ut Marcianus lib. singulari *de sponsalibus* tit. 2 dig. 19 dicit, ideo filius, qui pecuniam mutuatus filiam suam dotavit, de in rem verso actionem adversus patrem inducit, si nimirum neptis in potestate et viri potens fuerit, insuper si filius tamquam negotium patris sui, sive avi puellae, gerens dotem dederit, ut iureconsultus dicit: nam quum communis causa sit, convenienter etiam hoc casu rursus ex animo filiifamilias versum definitur.

67. [*Steph. ad l.* 8 *verb: nihil interesse*]. Nam dixi etiam superiori dig., [avum dotare debere] et neptem et quae deinceps sequuntur, si in potestate eius sint.

68. [*Steph. ad l.* 9]. Quid enim, si pater locuples

172) Expl. fol. 20. 15. Inc. fol. 125. 122.
173) Glossa interlin: ἀνάγν. τὰ ἑξῆς καὶ δύο δίγ.
174) Glossa inter lineas: βι. ιβ' τί.. διγ. ζ θέμ. ζ.

k) Cod. νοβιτρσι.
l) Lege ἀγοραστής.
m) Cod. της.
n) Cod. ὑπέρ.
o) Expl. fol. 20. 15. Inc. fol. 125. 122.
p) Cod. ἤ.
q) Legendum: ἤμελλε.
r) Dele. Nisi forte scribendum sit: καὶ τὴν ἐγγόνην καὶ τὰς ἐφεξῆς. Cf. schol. 67.
s) Forte ὅτι ἄπορος ἦν ὁ πατὴρ ἢ παρ.

L. 10. *pr.* *ι'.* Ulpi. *Ἐὰν ἐγγυησάμενος ὁ παῖς τὸν πατέρα*
§. 1—3. *καταβάλῃ, δαπάνημά ἐστιν· ἐλευθεροῖ γὰρ αὐτὸν,*
D. XV. 3. *ὥσπερ καὶ ὅτε διεκδικήσας αὐτὸν καταδικασθῇ· ὑποδεχόμενος γὰρ τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ ἐλευθεροῖ αὐτόν· ἢ ὑπὲρ χρέους ὁμολογήσῃ μὴ ὁλοψύχως*[175]*). εἰ δὲ καὶ εἰς τὴν περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγὴν διεκδικήσει τὸν πατέρα, καὶ πρὶν ἢ καταδικασθῇ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, δαπάνημά ἐστιν ἕως τοῦ ποσοῦ τοῦ πεκουλίου, καὶ*[176]*) μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγὴν ἐνάγεται τῇ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγῇ.*

§. 4. *Καὶ μέρος τῶν δοθέντων δύναται γίνεσθαι δαπάνημα.*

§. 5. *Ἐπὶ τῆς περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγῆς τόκος ἀνεπερώτητος οὐκ ἀπαιτεῖται. εἰ μέντοι πραγματείαν*

X. *Ulpi.* Si filius pro patre fideiusserit et solverit, in rem versum est: nam liberat eum: quemadmodum et si suscepta eius defensione condemnatus fuerit: nam quum iudicium pro eo suscipit, liberat eum: vel si pro debito promisit non donandi animo. Sed et si de peculio actionem quasi defensor patris susceperit, tum antequam condemnatus fuerit nomine patris, in rem versum est usque ad quantitatem peculii, tum finita de peculio actione de in rem verso actione convenitur.

Etiam pars eorum, quae data sunt, in rem verti potest.

In de in rem verso actione usurae, si non sint in stipulationem deductae, non exiguntur. Si vero ne-

λάκις δίχα προικὸς ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν ἐγγόνην.

τοῦ ἀνων. τουτέστιν εἰ ἀπορεῖ, ἐπεὶ προικίζειν ἀναγκάζεται, ὡς βι. κγ' τί. β' διγ. ιθ', καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν, ὡς ἡ περὶ ἐξενεχθέντων ρβ' νεαρά.

— — εἰ καὶ δεφενδεύων αὐτὸν, ἢ ἐπερωτηθεὶς ὑπὲρ αὐτοῦ μὴ δόνανδι ἀνίμο, ἐναχθῇ. εἰ δὲ καὶ τῇ δε πεκουλίο μέλλοντα ἐνάγεσθαι αὐτὸν ἐδεφένδευσεν, εὐθὺς μετὰ προκατάρξιν τίκτεται δε ἰν ῥέμ βέρσο· ὠφέλεια, ὅτι κἂν παρέλθῃ ὁ χρόνος τῆς δε πεκουλίο, κινεῖται.

sit et saepe rogatus sit, ut filiam suam vel neptem sine dote uxorem daret?

69. *Anon.* [*ad l.* 9]. Hoc est si egeat: alioquin dotare compellitur, ut lib. XXIII tit. 2 dig. 19, et quidem ad modum patrimonii sui, ut Nov. CII (115) *de exheredatis.*

70. [*Cyr. l.* 10 *pr.* — §. 3]. — — et si tamquam defensor eius, vel quum pro eo promisisset non donandi animo, conventus sit. Sed et si, quum de peculio conveniretur, eum defenderit, statim post litem contestatam de in rem verso actio nascitur: [cuius sententiae id est] emolumentum, quod institui potest, etiamsi tempus de peculio actionis praeterierit.

ὥσπερ καὶ πρὸ καταδίκης καλῶς κινεῖται κατὰ τοῦ πατρὸς ἡ δε ἰν ῥέμ βέρσο· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ οὐλπιανὸς φησιν ὑποκατιών. σῆ. δὲ ὅτι ἡ κατὰ τοῦ δεφένσορος προκατάρξις ἐλευθεροῖ τὸν πρωτότυπον, οἱαδὴ τῆς ἀγωγῆς εἰς τὸ δικαστήριον καταφερομένης· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν ἰουδικάτουμ σόλουι δίδωσιν ὁ δεφένσωρ.

71. [*Steph. ad l.* 10 §. 1 *verb: et sit condemnatus*]. Quemadmodum etiam ante condemnationem adversus patrem de in rem verso recte agitur: hoc enim Ulpianus infra dicit. Nota autem, quod lite cum defensore contestata principalis liberatur, quippe actio in iudicium deducta est: ideo etiam defensor iudicatum solvi cavet.

τοῦ ἀνων. σῆ. ὅτι ὁ δεφενδεύων τινὰ ἐλευθεροῖ αὐτὸν ἀπὸ τῆς προκατάρξεως. τοῦτο δὲ πρὸς παλαιότητα. εἴρηται δὲ καὶ βι. μς' τί. β' διγ. κθ' ὅτι διὰ προκατάρξεως ἐστι νοβατίων.

72. *Anon.* [*ad l.* 10 §. 1]. Nota, quod qui aliquem defendit, a lite contestata eum liberat: hoc enim iure antiquo obtinebat. Sed et lib. XLVI tit. 2 dig. 29 dicitur, litis contestatione novationem fieri.

ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἐνταῦθα δοκεῖ ἀπὸ τοῦ πεκουλίου αὐτοῦ ὑπανᾶν περὶ τὸν πατέρα, δι' ὧν ἔνοχον καθίστησιν ἑαυτὸν καὶ βαρύνει ἑαυτοῦ τὸ πεκούλιον, εἰκότως τὴν διάθεσιν αὐτοῦ σκοποῦμεν καὶ ἐξ αὐτῆς τὸ βέρσον κανονίζομεν. ἵνα γὰρ συνελὼν εἴπω, εἰ μὲν ἐκ τοῦ πεκουλίου δαπανᾷ περὶ τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην ἢ ὁ υἱὸς ἢ ὁ οἰκέτης, ἐκ τῆς διαθέσεως αὐτοῦ δίδοται ἡ δε ἰν ῥέμ βέρσο, εἴτε τὸν πατέρα μόνον εἴτε αὐτὸν καὶ τὸν πατέρα ἐῶρα ἡ χρεία, περὶ ἣν ἡ δαπάνη γεγένηται· εἰ [δὲ] μὴ τὰ ἤδη στραφέντα ἐν πεκουλίῳ ἀλλὰ τα δανειυθέντα αὐτῷ περὶ τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην ἐδαπάνησε, τότε εἰ μὲν ἑκάτερον, τουτέστι τὸν ὑπεξούσιον καὶ τὸν πατέρα, [ἡ χρεία ἐῶρα], τότε πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ ὑπεξουσίου, τουτέστιν εἰ μὴ δόνανδι ἀνίμο ὡς αὐτὸν μόνον ἀπαλλάξαι βουλόμενος ἐδαπάνησε, δίδοται δε ἰν ῥέμ βέρσο· εἰ δὲ μόνον ἐῶρα τὸν δεσπότην ἢ τὸν πατέρα ἡ χρεία, περὶ ἣν ἡ δαπάνη γεγένηται, τότε καὶ δίχα τῆς τοῦ ὑπεξουσίου διαθέσεως, τουτέστι κἂν δόνανδι ἀνίμο τὴν δαπάνην ἐποιήσατο, δίδοται ἡ δε ἰν ῥέμ βέρσο.

73. [*Steph. ad l.* 10 §. 2 *verb: nisi si donare*]· Quum enim etiam hoc casu ex peculio suo pro patre erogare videatur, quippe qui se obligaverit et peculium suum oneraverit, convenienter animum eius spectamus et ex eo versum definimus. Ut enim breviter dicam, si filius vel servus pro patre vel domino ex peculio erogat, secundum affectum eius de in rem verso datur, sive ad patrem solum sive ad ipsum et patrem spectet causa, in quam erogavit: sin autem ea, quae nondum in peculium conversa sed ei credita sunt, circa patrem vel dominum erogaverit, tunc si ad utrumque, hoc est filium et patrem, causa respiciat, tunc rursus secundum affectum filii, hoc est si non donandi animo, ut patrem solum liberaret, erogaverit, de in rem verso datur: si vero causa, ob quam impensa facta est, solum ad dominum vel patrem respiciat, tunc etiam absque affectu eius, qui sub potestate est, hoc est quamvis donandi animo impenderit, de in rem verso datur.

σῆ. ὅτι καὶ τῆς δε πεκουλίο προκαταρχθείσης κατὰ δεφένσορος ἐλευθεροῦται ὁ πατὴρ, κἂν ὁ υἱός ἐστιν ὁ δεφένσωρ ὑποδεξάμενος ὀνόματι τοῦ πατρὸς τὴν δε πεκουλίο, καὶ κατέχεται ὁ πατὴρ τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο. ἐνάγεται δὲ καταδικασθέντος τοῦ ὑπεξουσίου δεφένσωρος ἰουδικάτι. ὁ[t]*) δὲ ἐπὶ βέρσου τόκος ἀνεπερωτήτως οὐκ ἀπαιτεῖται.*

74. [*Steph. ad l.* 10 §. 3. 5]. Nota patrem liberari, si super de peculio actione lis cum defensore contestata sit, etiamsi filius defenderit et nomine patris de peculio actionem susceperit: et teneri patrem de in rem verso. Convenitur autem iudicati actione, si filius defensor condemnatus sit. Nota autem, ob versum usuras non exigi, si non sint promissae.

κυρ. καὶ εἰς μέρος κινεῖται δε ἰν ῥέμ βέρσο. πρὸς τὴν δαπάνην τόκους οὐκ ἀπαιτεῖται ὁ δεσπότης, εἰ μὴ ἐπερωτήθησαν. εἰ μέντοι ὡς νεγότιον αὐτοῦ χειρίζων ὁ δανειστὴς ἐδάνειζε τῷ δούλῳ, ἀπαιτεῖ τόκους διὰ τῆς νεγοτιόρουμ γεστιόρουμ.

75. *Cyr.* [*l.* 10 §. 4. 5]. Etiam de parte agitur de in rem verso. Praeter versum usurae a domino non exiguntur, nisi promissae sint. Si tamen negotium eius gerens creditor servo crediderit, negotiorum gestorum actione usuras exigit.

175) Glossa interlin: *ἀνάγν. διγ. ζ' θέμ. β'.*

176) Glossa interlinearis: *ἀνάγν. τὸ τέλος τοῦ δ' (?) διγ. τοῦ β' (?) βι.*

t) Legas: *σῆ. δὲ ὅτι ἐπὶ κτλ.* Nempe haec *σημείωσιν* ad l. 10 §. 5 continent.

τοῦ δεσπότου πράττων δανείσω τῷ δούλῳ αὐτοῦ μὴ διοικοῦντι τὰ τοῦ δεσπότου, ἡ ἀγωγὴ [177]) ἁρμόζει μοι καὶ [ἐπὶ] τῷ τόκους .....

Τότε ἁρμόζει [178]) ἡ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγὴ, ὅτε μένει δαπάνημα. εἰ γὰρ κατεβλήθη τῷ δούλῳ ἢ τῷ υἱῷ, πέπανται μὲν εἶναι δαπάνημα. εἰ δὲ πρὸς βλάβην τῶν δανειστῶν κατεβλήθη τῷ μέλλοντι ἀπόλλειν υἱῷ ἢ δούλῳ, καὶ οὕτως μὲν παύεται δαπάνημα εἶναι, δίδοται δὲ ἡ περὶ δόλου ἀγωγὴ κατὰ τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ δεσπότου. καὶ ὁ πεκουλιάριος χρεώστης ἀπατηλῶς καταβάλλων τῷ δούλῳ οὐκ ἐλευθεροῦται. [179])

Ἐὰν δαπανήσῃ δοῦλος εἰς τὰ τοῦ δεσπότου εἴκοσι νομίσματα ἢ δανειστῇ αὐτοῦ καταβάλῃ ἢ τὴν φαμιλίαν αὐτοῦ ἀποθρέψῃ ἢ αὐτῷ καταβάλῃ τοσαῦτα χρεωστῶν αὐτῷ, οὐκ ἐστὶ δαπάνημα. εἰ δὲ ἧττον ὁ δοῦλος χρεωστεῖ, τὸ περιττὸν δαπάνημά ἐστιν. εἰ δὲ καὶ μὴ τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ μετὰ τὸ δαπανῆσαι τοσαῦτα χρεωσιήσει τῷ δεσπότῃ, παύεται εἶναι δαπάνημα, εἰ καὶ τοσοῦτον ἔχει πεκούλιον, ὥσπερ ὅτε καταβάλῃ αὐτῷ ἢ ἀντιδωρήσεται αὐτῷ τοσαῦτα, οὐ μὴν εἰ ἁπλῶς δωρήσηται.

gotia domini gerens servo eius, qui negotia domini non gereret, credidero, etiam usurarum nomine actio mihi competit.

De in rem verso actio tunc competit, si versum duret. Nam si servo vel filio solutum sit, versum esse desinit. Si tamen in fraudem creditorum perdituro filio vel servo solutum sit, etiam sic quidem desinit esse versum, sed de dolo actio adversus patrem vel dominum datur. Et peculiaris debitor, si fraudulenter servo solverit, non liberatur. *L.* 10. §. 6. *D.* XV. 3.

Si servus in rem domini viginti aureos impenderit vel creditori eius solverit vel familiam eius aluerit vel ipsi solverit, quum ei totidem deberet, non est versum. Sed si servus minus debeat, quod excedit, versum est. Sed et si non ab initio, sed postquam vertit, totidem domino debuerit, versum esse desinit, etsi tantundem in peculio habet, sicuti et si totidem ei solverit vel remunerandi animo donaverit, non autem si simpliciter donaverit. §. 7. 8.

τοῦ ἀνων. περὶ τόκων τῆς δε ἐν ῥέμ βέρσο ἀνάγν. βι. κβ' τί. α' δίγ. ζ καὶ διγ. ι' θέ. β'.

σῆ. ὅτι ἐπὶ τῆς νεγοτιόρουμ γεστόρουμ καὶ ἀνεπερωτήπως ἔρρωται τόκος. τοῦτο δὲ ἀνήνεκται καὶ ἐν τῷ β βι. τοῦ κωδ. τί. ιη' διατ. ιη'.

τοῦ ἀνων. ἡ γὰρ νεγοτιόρουμ γεστόρουμ καὶ αἱ λοιπαὶ ἀγωγαὶ ἀνεπερώτητον ἀπαιτοῦσι τόκον ὀφφικίῳ τοῦ δικαστοῦ, ὡς βι. γ' τί. ε' διγ. ς' καὶ βι. ις' τί. γ' διγ. κδ'.

κυρ. εἰ ἀποδῷ τι τῷ υἱῷ ἢ τῷ δούλῳ ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης, εἰς τὸ βέρσον οὐ κατέχεται. εἰ δὲ δόλον ἐποίησε, χώρα τῇ δε δόλο· καὶ ὁ χρεώστης γάρ, εἰ κατὰ δόλον καταβάλῃ τῷ υἱῷ ἢ τῷ δούλῳ, οὐκ ἐλευθεροῦται.

σῆ. ὅτι κἂν κατὰ δόλον ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης κατέβαλε τῷ ὑπεξουσίῳ τὸ ἐκ τοῦ βέρσου χρέος, λύεται μὲν καὶ οὕτως ἡ δε ἐν ῥέμ βέρσο, κατέχεται δὲ τῇ δε δόλο. σῆ. δὲ καὶ ὅτι ἐάν τις οἰκέτῃ χρεωστῶν καταβάλῃ αὐτῷ ἀσωτευομένῳ, οὐκ ἐλευθεροῦται. [u])

κυρίλλ. τὸ βέρσον, εἰ χρεωστεῖ ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ, οὐ γίνεται· εἰ δὲ μετὰ ταῦτα χρεωστήσει, λύεται. εἰ δὲ δωρήσεται αὐτῷ ὁ δεσπότης, εἰ μὲν ὡς ἀντιδωρούμενος, λύεται, εἰ δὲ μὴ, μένει.

στεφαν. σῆ. ὅτι λύει τὴν δε ἐν ῥέμ βέρσο τὸ δεσποτικὸν χρέος, εἴτε ποῦρον [v]) εἴτε μετὰ ταῦτα γενόμενον. ἔτι σῆ. ὅτι τὸ δεσποτικὸν χρέος λύει τὸ βέρσον, κἂν ἔχῃ ἄλλα τινὰ ἐν πεκουλίῳ, ἐξ ὧν δύναται γενέσθαι τῷ δεσπότῃ τὸ ἱκανόν.

στεφ. τοῦτο ὡς ἀπὸ τοῦ πομπωνίου πρὸς τὸ προκείμενον νόησον θέμα. τοσοῦτον γὰρ οὐ πρὸς τὸ κέρδος τοῦ δεσπότου κανονίζεται ἡ δε ἐν ῥέμ βέρσο, ὅτι κἂν δανεισάμενος ὁ οἰκέτης ἀπολέσῃ τὰ ἀργύρια, μὴ κατὰ κούλπαν μέντοι, χώρα τῇ δε ἐν ῥέμ βέρσο· ἐν ᾧ μέντοι σκοπὸν εἶχε ταῦτα εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ οἰκείου δαπανῆσαι δεσπότου, ὡς ὁ ἀφρικανὸς ἐν τῷ ις' διγ. φησί. μέμνησο δὲ καὶ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ γ' διγ. τοῦ παρόντος τί.

στεφ. [w]) σῆ. ὅτι τὴν δε ἐν ῥέμ βέρσο λύει τὸ δεσποτικὸν χρέος, εἴτε ποῦρον εἴτε μετὰ ταῦτα γενόμενον.

76. *Anon.* [*ad l.* 10 §. 5]. De usuris de in rem verso actionis lege lib. XXII tit. 1 dig. 7 (6 pr.) et dig. 30 them. 2 (32 §. 3).

77. [*Steph. ad l.* 10 §. 5]. Nota, in negotiorum gestorum actione etiam citra promissionem usuras deberi. Id quod etiam relatum est lib. II Cod. tit. 18 const. 18.

78. *Anon.* [*ad l.* 10 §. 5]. Nimirum in negotiorum gestorum et reliquis [bonae fidei] actionibus usurae citra promissionem officio iudicis praestantur, ut lib. III tit. 5 dig. 6 [§. 12] et lib. XVI tit. 3 dig. 24.

79. *Cyr.* [*l.* 10 §. 6]. Si quid filio vel servo pater dominusve reddiderit, de in rem verso non tenetur. Si tamen dolo fecit, de dolo actioni locus est: nam debitor quoque, si dolo solverit filio vel servo, non liberatur.

80. [*Steph. ad l.* 10 §. 6]. Nota: si dolo pater dominusve ei, qui in potestate est, quod ex verso debet solverit, de in rem verso quidem actio cessat, sed de dolo tenetur. Nota etiam hoc: si debitor servi eidem solverit, quum prodigus esset, non liberatur.

81. *Cyrill.* [*l.* 10 §. 7]. Versum, si domino servus debeat, non fit: sin postea debitor factus sit, desinit. Si dominus ei donaverit, siquidem remunerandi animo, desinit, sin minus, durat.

82. *Stephan.* [*σημείωσις ad l.* 10 §. 7. 8]. Nota de in rem verso actionem debito dominico tolli, sive purum sit sive postea extiterit. Nota etiam, versum tolli debito dominico, licet alia sint in peculio, ex quibus domino satisfieri possit.

83. *Steph.* [*ad l.* 10 §. 7]. Hoc quod est ex Pomponio dicitur, ita accipe, ut ad speciem propositam referatur. Adeo enim de in rem verso actio non ad lucrum domini definitur, ut si servus pecuniam, quam mutuatus est, amiserit, absque culpa nimirum, de in rem verso actioni locus sit: si nimirum hoc animo fuerit, ut eam in rem domini sui verteret, ut Africanus dig. 16 (17 pr.) ait. Memineris etiam eorum, quae tibi dicta sunt dig. 3 huius tit.

84. *Steph.* [*σημ. ad l.* 10 §. 7]. Nota de in rem verso actionem debito dominico tolli, sive purum sit sive postea extiterit.

177) Supra lineam adscriptum: ἡ νεγοτιόρουμ γεστόρουμ.
178) Glossa supra lin.: ἀνάγν. τὸ τέλος τοῦ η' διγ.
179) Expl. fol. 125. 122. Inc. fol. 111. 108.

u) Expl. fol. 125. 122. Inc. fol. 111. 108.
v) Cod. PRURON. Vide mox schol. 84, ubi eadem redeunt.
w) Vide supra schol. 82.

L. 10. §. 8. 9. *D.* XV. 3. Ἐὰν γένηται δαπάνημα, καὶ τοσαῦτα χρεωστήσῃ ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ, παύεται δαπάνημα εἶναι, καὶ οὐκ ἀνανεοῦται, κἂν ὕστερον τοσαῦτα παρὰ τοῦ δεσπότου χρεωστηθῇ ὁ δοῦλος.

§. 10. Ἐὰν πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς οἱ δύο ἐνοχοι γεγόνασι καὶ δανεισάμενος ὁ υἱὸς καταβάλῃ οἰκείῳ ὀνόματι, ἢ ἐὰν τῷ υἱῷ δανείσῃς κελεύσει τοῦ πατρὸς καὶ ὁ υἱὸς καταβάλῃ σοι, εἰ μὲν εἰς τὸν πατέρα περιῆλθε τὰ χρήματα, δαπάνημά ἐστιν· εἰ δὲ μή, καὶ ὁ υἱὸς ἰδίαν πραγματείαν πράττων καταβάλῃ, οὐχ ἁρμόζει ἡ περὶ τῆς δαπάνης ἀγωγή.

L. 11. *D. eod.* ια'. Paulo. Ἐὰν[180]) δανεισάμενος ὁ δοῦλος ἰδίῳ

κυρ. εἰ ἀποδῷ τὸ βέρσον τῷ δούλῳ ὁ δεσπότης, κἂν ἔχῃ ἱκανὸν πεκούλιον, οὐκ ἐνάγεται τῇ δε ἰν ῥέμ βέρσο, οὔτε εἰ πάλιν χρεωστήσει τῷ οἰκέτῃ τὴν αὐτὴν ποσότητα.

στεφ. τοῦτο πρὸς τὸ μὴ ἔχ[ειν τὸν δανειστὴν] κατὰ ἀνανέωσιν τὴν δε ἰν ῥέμ βέρσο.

II. Iubemus, ne quis cuiuscunque vestis vel piscis vel pectinis vel echini vel cuiuslibet alterius ad victum vel ad quemcunque usum pertinentis speciei vel cuiuslibet materiae pro auctoritate sua vel sacro iam edito aut in posterum edendo rescripto aut pragmatica sanctione vel sacra subnotatione monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus coniuret aut paciscatur, ut species diversorum corporum negotiationis non minoris quis dicat, quam inter se statuerint, venumdari. Aedificiorum quoque similiter artifices vel redemtores vel aliorum professores operum et balneatores penitus inter se pacta componere prohibeantur, ut ne quis, quod alteri commissum sit, opus impleat aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: data licentia unicuique, ab altero inchoatum et derelictum opus sine aliquo timore et dispendio implendi: et huiusmodi facinora cuivis denuntiandi sine ulla formidine, et sine sumtibus in iudicio. *L.* 2. *C.* IV. 59.

459) Sic inscribitur huic titulo in indice Coisliniano teste *Heimb.*

460) Syn. p. 215.

461) Rubricam *Heimb.* dedit ex indice Coisliniano et Tipucito.

462) Ex indice Coisliniano habet *Heimb.*

463) Lege *πραγματευτῶν.*

464) Lege *τέχνης τῶν.*

465) Malim cum *Heimb: καὶ ἀθεμίτων.*

466) Rubricam *Heimb.* restituit ex indice Coisliniano.

467) Syn. p. 216. Attal. tit. 12 in fine epitomen huius constitutionis praestat, quae Theodori *σύντομον κώδικα* sapit et forsitan ex scholiis Basilicorum hausta est.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΘ'.

Περὶ κατεχομένων καὶ δεφενσίωνος.[468])

L. 6. *C.* VIII. 44. Κἂν[469]) μηδὲν περὶ ἐκνικήσεως συμπεφώνηται ἰδικῶς, ὅμως, εἰ ἐκνικηθῇ τὸ πρᾶγμα, δύναται ἡ ἐπὶ τῇ πράσει ἀγωγὴ κινεῖσθαι κατὰ τοῦ πράτου.

L. 18. *C. eod.* Ἐὰν[470]) ἀπὸ τοῦ κατακριθέντος ἐλήφθη ἐνέχυρα καὶ ταῦτα ἐπράθη, οὐ δύναται ὁ κατάκριτος κινεῖν κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ καὶ ἐκδικεῖν αὐτά. ὅπουγε εἰ καὶ ἄλλος ἐξενίκησεν αὐτὰ, ἔμελλεν ἐνάγεσθαι, ὡς ὠφειλημένος ἐκ τῆς τιμῆς αὐτῶν.

L. 19. *C. eod.* Ἐὰν[471]) ὑποκείμενον τὸ πρᾶγμα ἐπώλησας, εἶτα ὁ ἀγοραστὴς ἐκτήσατο μακροῦ χρόνου παραγραφὴν, οὐδένα φόβον ἔξεις τοῦ λοιποῦ περὶ ἐκνικήσεως.

L. 20. *C. eod.* Ὁ[472]) πράτης γινομένης τῆς ἐκνικήσεως δύναται συμπαρεῖναι. περαιωθείσης δὲ αὐτῆς, οὐ δύναται ἀναπαλαίειν, εἰ μὴ ἐξεκαλέσατο. οὐκ ἄλλως δὲ εὐθύνεται ὑπὸ τοῦ ἀγοραστοῦ, εἰ μὴ ἀπηγγέλθη αὐτῷ παρ' αὐτοῦ.

L. 21. *C. eod.* Ἡ[473]) ἐπὶ τῇ πράσει ἀγωγὴ μακροῦ χρόνου παραγραφῇ οὐκ ἐκβάλλεται. εἰ δὲ ὁ πραθεὶς οἰκέτης εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνεῖ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ψῆφος προβῇ, δύναται ὁ ἀγοραστὴς εἰς τὸ διαφέρον κινῆσαι, εἰ μὴ ἀπὸ συμφώνου κεκώλυται.

TITULUS XIX.

De his, qui [ob evictionem] tenentur et de defensione.

VI. Licet nihil de evictione specialiter convenerit, tamen, si res evicta fuerit, adversus venditorem ex emto agi potest.

XIII. Si a condemnato pignora capta sint et vendita, condemnatus adversus venditorem agere non potest eaque vindicare. Quandoquidem et si alius ea evicisset, is conveniendus fuerit, quia commodum ex pretio eorum senserit.

XIX. Si rem obligatam venum dedisti, et deinde emtor longi temporis praescriptionem acquisivit, in posterum evictionis nomine metum non habebis.

XX. Venditor, quum evictio fit, adesse potest. Verum ubi iam facta est, litem instaurare nequit, nisi appellaverit. Non aliter autem ab emtore convenitur, nisi ab eo denuntiatum ei sit.

XXI. Emti actio longi temporis praescriptione non submovetur. Quodsi servus venditus in libertatem proclamet et pro eo pronuntiatum fuerit, emtor in id, quod interest, agere potest, nisi ex pacto prohibeatur.

---

468) Sic index Coislinianus, teste *Heimb.* Idem tamen in restitutione rubricae Tipucitum sequi maluit, quamquam Tipucitus hoc loco manifeste quaedam de suo rubricae genuinae addidit.

469) Syn. p. 213.

470) Syn. p. 261. Ibidem in margine additur l. 29 §. 1 D. *de exc. rei. iud.* (Meerman V p. 82), quem locum *Heimb.* perperam huc traxit.

471) Syn. p. 213.

472) Syn. p. 213.

473) Syn. p. 213. Cf. etiam *Αἱ ῥοπαί* a me editae p. 228 not. 10.

LIPSIAE, TYPIS PHILIPPI RECLAM JUN.

BASILICORUM LIBRI LX

VOL. VII

EDITIONIS BASILICORUM HEIMBACHIANAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

RELIQUIAS LIBRORUM INEDITORUM EX LIBRO RESCRIPTO AMBROSIANO

EDIDERUNT

E. C. FERRINI J. MERCATI
ANTECESSOR TICINENSIS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE DOCTOR

PRAEFATIONEM VERSIONEM LATINAM NOTAS APPENDICES

ADDIDIT

E. C. FERRINI

LIPSIAE 1897
JOHANNES AMBROSIUS BARTH
MEDIOLANI, ULRICO HOEPLI

BODLEIAN
22 FEB 1989
D
LAW LIBRARY

Impresserunt Metzger & Wittig, Lipsiae.

VIRO ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

ANTONIO CERIANI

AMBROSIANAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO

E. C. FERRINI J. MERCATI

SEPTEM DECENNIA FELICITER EXACTA

GRATULANTUR

PRAEFATIO.

1. In *Paralipomenis ad Basilica* vir doctissimus C. E. Zachariaeus a Lingenthal lectores monuerat „ne quem vana spes inedita Basilicorum fragmenta in Ambrosiana reperiendi falleret" (p. 8). Quod vix sperare fas erat, id post obitum optimi viri factum est, ut fragmenta plurima librorum ineditorum in codice palimpsesto, *F*, 106 sup. eiusdem bibliothecae detegerentur. De huius codicis inventione alibi sum locutus[1]; eius descriptionem praebuit collega meus J. Mercati.[2] Secunda codicis scriptura Leonis imperatoris orationes continet; scribendi materia ex quinque anterioribus codicibus parata est, inter quos cum operis praestantia tum foliorum numero longe eminet Basilicorum liber. De his omnibus confer quae disputavit Mercati l. l. Secunda scriptura ad saec. XIII^{um} (vel ad initium saeculi XIV[1]) est referenda; Basilicorum scriptura ad saec. X^{um} omnino spectare videtur.

2. Huius antiquioris Basilicorum codicis tres fere quartae partes ad nos pervenerunt. Continentur etiam quaedam folia ad Leonis Novellas spectantia, quae, ut videtur, in modum appendicis Basilicorum volumini fuerant adiectae eademque manu perscriptae. Hoc unico volumine opus absolvebatur; nam non integri Basilicorum libri, sed excerpta tantum ex singulis libris in modum eclogae continebantur, ita ut ex quattuor τεύχοις sive voluminibus, unde Basilicorum exemplaria ante scholia adiecta constabant, unum τεῦχος effectum sit. Inde etiam patet quanta operis pars servata sit. Haec autem Basilicorum ecloga codicis nostri scriptori in antiquiore archetypo iam prostabat, ut vel inde colligere licet, quod singulis τεύχοις indices sunt praepositi, in quibus ii omittuntur tituli, qui in ipso corpore desiderantur. Non autem omnino index cum ipso corpore congruit in rubricarum lectione; immo nec raro nec modice differt, ut ex nostra editione liquebit (cfr. etiam *In fragmenta indicis observationes* inter Appendices). Quare fit ut indicis ipsius compositio ei tribui nequeat qui eclogam nostram scripsit.[3] Ceterum non est mirandum tantae molis opus in brevius a plerisque fuisse contractum, cum emptores sumptibus parcere studerent. Huc quoque pertinet ecloga lib. I—X Basilicorum laurentiana, quae tamen multo serius confecta esse videtur. Etiam in parisiensi codice gr. 1352 loci complures sunt praetermissi.[4] Sed propius ad nostrum accedit archetypus ille, unde Venturi versio libri Basilicorum LIII[1] fluxit, quam prior edidit Zachariaeus a Lingenthal in *Actis regiae academiae scientiarum berolinensis* (1881) et nos in huius nostrae editionis appendice rettulimus. Nam etsi ambrosiani codicis recensio cum venturiana illa non omnimodo conveniat (plura enim fragmenta habet ambrosianus codex, quae apud Venturi desiderantur et contra), tamen ea est operis dispositio ut plane comparanda videatur. Venturi versionem ex textus recensione in brevius contracta manasse, iam vidit Zachariaeus l. l. p. 17; qui tamen non recte coniecit librum LIII^{um} eo facilius posteriore aevo multis praetermissionibus laborasse, quod ius maritimum contineret, in quo nec pauca nec minima fuerant mutata. Videmus enim ex ambrosiano codice totum Basilicorum opus ita fuisse in eclogam redactum; immo liber LIII melius et plenius quam alii complures servatus est. Qui recensionem nostram curavit utilitatem plerumque et rerum usum cottidianum, ut par erat, spectavit; quare ius privatum praesertim et criminum poenas est persecutus; res quae minus in iudiciis frequentarentur et omnia fere quae ad magistratuum officia pertinerent, neglegere posse sibi visus est. Cum autem in Codice ambrosiano de locationibus titulus omnino desit, quae sane, ut nemo non videt, inter negotia maxime communia et necessaria sunt, id

[1] *Rendiconti del r. istituto lombardo* 1896 (30. Jan.). Zeitschrift der Sav. Stiftung: Rom. Abth. 1896, p. 329 sqq. [2] *Rendiconti del r. istituto lombardo* 1897 (3. Jun.) [3] Cf. Mercati l. l. [4] Heimbach *Basil.* VI p. 163, Zachariae v. Lingenthal, *Beiträge zur Kritik u. Rest. der Bas.*, p. 17.

non aliter mihi explicandum videtur, quam si admittamus quaedam folia in archetypo excidisse. Huic praefationi tabula addita est, unde facile perspici potest, quae partes in rescripto codice ad nos pervenerunt; in ea quaterniones restituti sunt. Hanc tabulam Mercati noster diligenter confecit; cfr. etiam collationem, quam in appendice exhibemus.

3. In hac editione nostra ante omnia partes hactenus ineditas describendas et illustrandas curavimus. Labor longus et improbus fuit; nam seu materiae seu atramenti vitio, seu quod antiquior scriptura a recentiore tecta est, lectio plerumque nonnisi post multa conamina cessit. Cum iam editio nostra sub prelo esset, vir clarissimus Paulus Krueger novum subsidium ad veterem scripturam resuscitandam indicavit, quod tamen in iis partibus adhibere non licuit, quae alio iam aceto fuerant tractatae. Quare evenit, ut plura additamenta correctionesque in ipso corpore accipi non potuerunt; ea tamen congessimus atque in locorum indice significavimus, ut cuique facile paterent. Quaedam hoc loco congerere non prorsus inopportunum videtur, quae ad XIX^{um} potissimum librum spectant.

TITULUS I.	
(fr. 7. § 2. D. 18, 1): *Ἐὰν ἀγοράσω πρᾶγμα ἑκατὸν νομίσμασιν καὶ ὅσου* etc.	Si emero rem centum nummis et quanti pluris etc.
fr. 11. § 1.	vide *τὴν πεῖραν*.
fr. 35 pr. (cfr. p. 14 n. 2): *Καὶ χωρὶς ἀρραβῶνος συνίσταται ἡ πρᾶσις· ὁ δὲ ἀρραβὼν ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ συμφωνηθῆναι τὸ τίμημα*: —	Et sine arrha consistit venditio; arrha autem demonstrat contrahentes de pretio consensisse.
fr. 37 em.: *Οὕτως εἶπεν· ἔστω σοι* etc. . . *καὶ εὑρέθη*	Sic dixit: Sit tibi fundus .... et inventus est
fr. 38 in f.: *οὔδε τοῦτο ἔρρωται, ἀλλ' ἄκυρος ἡ πρᾶσις*: —	neque id valet, sed inutilis est venditio.
Initio p. 15 ultima fr^{i}. 46 pars desideratur, cuius postrema verba legi potuerunt: *ὑπεξαιροῦνται δὲ οἱ ῥητῶς ἐπιτετραμμένοι*: —	[Id et ad procuratorem Caesaris pertinet], excipiuntur autem hi, quibus id specialiter expressum est.
fr. 65: *Συνεφώνησα μετά σου τόσους κεράμους ποιῆσαι ἐπὶ τοῦ νομίσματος* etc.	Pactus sum tecum tot amphoras facere pro singulis aureis etc.
ad fr. 67 in marg.: C$\bar{\eta}$ *ὅτι οὐ πιπράσκεται ὅπου* . . .	Nota quod non venditur . . .
TITULUS VII (in rubrica *πρᾶθεν* [sic]).	
ad fr. 10 in marg.: *π ἐλευ$^{\theta}$*.	de manumissione (?).
ib.: *Ἐὰν πωλήσω σοι δούλους ἐπὶ τὸ μὴ πειραθῆναι δουλείας ἑτέρου* etc.	Si ea lege servos tibi vendidero, ne alterius dominium experirentur etc.
ad c. 11. In marg.: C$\bar{\eta}$ *ὡρ. π δούλων προφύγων ἀπὸ ἀνάγκης, ἵνα πιπράσκονται* (sic).	Nota opportunam (regulam). De servis ex necessitate fugientibus, ut veneant.
fr. 2 (D. 1, 6) in fine: *ἐπὶ τὸ μηδέποτε . . ἢ ἐπὶ τὸ . .*	Versio non mutat.
c. 1 (IV, 55): *Ἐάν τις.*	— — — — — — — — — — — — —
c. 1 (IV, 57): *ἢ καὶ προετελεύτησεν*	vel etiam praemortuus est
c. 5 (IV, 57): *οὐχ ὑποπίπτει τῷ προστίμῳ, ὡς μὴ δυναμένου ἐλευθερωθῆναι τοῦ* etc.	non committit poenam, cum mancipium liberum fieri nequeat etc.
TITULUS VIII. In rubr. *περὶ τῆς τῶν κοινῶν.*	
fr. 4 pr.: *δοῦλον φυγάδα ἢ ..... περὶ μελλούσης ζημίας πρὶν ἢ ζημιωσθῶ κινεῖν οὐ δύναμαι*: —	servum fugitivum vel ..... de futuro damno, antequam id sentiam, agere nequeo.
fr. 6. § 8 (post § 2): *Δόλον ποιῶν ὁ πράτης περὶ τὸ πραθὲν, ἐνέχεται τῇ ἀπαιτήσει τοῦ τιμήματος*: —	Dolum si faciat venditor in re vendita, tenetur venditi actione.

fr. 11. § 14: *προφάσει τῶν ἄλλων τῶν ἐξ ἔθους.*

[nihil ab eo petitur] propter cetera, quae solent etc.

fr. 11. § 17: *ἐπὶ τῇ προσθήκῃ.*

fr. 29 l. *κθ'.*

fr. 48: *ἀναγκάζομαι τὰ δικαιώματα καὶ τοὺς ὅρους αὐτοῦ [ἀγροῦ] δεικνῦναι:* —

cogor instrumenta et fines eius [fundi?] ostendere.

fr. 55: *ἐπερωτᾶται δίδοσθαι αὐτόν:* —

promittit eum dari.

ξγ' (p. 19: est c. 11. C. IV, 49): *Ὁ πράτης μετὰ παράδοσιν τὸ πραθὲν ἀνδράποδον οὐ δύναται ἐλευθερῶσαι, πρὸ δὲ τῆς παραδόσεως δύναται· [ἀλλὰ τῷ ἀγοραστῇ] ἐνέχεται τῇ [ἐπὶ τῆς πράσεως ἀγωγῇ].*

Venditor post traditionem mancipium venditum non potest manumittere, sed ante traditionem potest; [venditori autem] tenetur [venditi actione].

c. 14: *Ὁ ἀγοραστὴς τῶν οἰκετῶν καλῶς ἐπερωτᾷ παραδοθῆναι αὐτοὺς* etc.

Servorum emptor recte stipulatur eos sibi tradi etc.

c. 4 (IV, 51): *τῷ δανειστῇ μου οὐδὲν πρόκριμα ποιεῖ, ἀλλὰ δύναμαι* etc.

creditori meo nullum praeiudicium facit, sed possum etc.

c. 1 (IV, 52): *ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγὴν περὶ δεσποτείας ἢ* etc.

In versione nihil deest.

c. 4: *στρατιώτης εἴη:* —

TITULUS X.

fr. 1. § 8: *οὐ μὴν τυχόν τε καὶ ἐλαφρὸν ... ταῦτα ... ὡσ[αν]εὶ καταφρονητικὰ* etc. Ad § 9 in marg.: *Γνῶθι κεφ. ἐκ διαλημμάτων* (sic, ut vid.).

non vero quodlibet et leve ... Versio ceterorum non est mutanda.

fr. 14, § 9: *καὶ περὶ τῆς ὑγιείας τῶν λοιπῶν ἐπαγγέλλεσθαι. εἰ μέντοι τὸ πάθος εἰδὼς ἐπίτηδες σιωπήσει,* etc.

et de ceterorum sanitate promittere. quod si vitium sciens consulto reticuerit, etc.

Sequuntur haec:

Ὁ καταφεύγων εἰς τόπον ἄσυλον ἢ βασιλικοὺς ἀνδρίαντας ἢ ἔνθα πρᾶσιν ἐξαιτῶνται, φυγὰς οὔκ ἐστιν, ἐπειδὴ τοῦτο [οὐ φεύγοντος διανοίᾳ ἐποίησεν], εἰ μὴ ἄρα μετὰ τὸ φυγεῖν τοῦτο πέπραχεν: — fr. 17. § 12.

Qui confugit in asylum vel ad statuas Caesaris vel ubi se venales postulant, non est fugitivus, quoniam [non fugiendi consilio id fecit], nisi forte post fugam id egit.

ιε'. Φυγάς ἐστιν ὁ ἀπελθών, ὅθεν ὁ δεσπότης αὐτὸν ἀναλαβεῖν ἢ ἀποσπᾶσαι οὐ δύναται: — fr. 17. § 13.

Fugitivus est qui eo se contulit, unde dominus eum recipere vel abducere non potest.

Ῥεμβός ἐστι μικρὸς φυγὰς καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ φυγὰς μέγας ῥεμβός ἐστιν· κυρίως δὲ ῥεμβός ἐστιν, ὃς συνεχῶς ἀναιτίως πλανώμενος καὶ τοὺς καιροὺς εἰς ἀνώνητα πράγματα δαπανῶν βραδέως εἰς τὸν οἶκον ἐπιστρέφει: — fr. 17. § 14.

Erro est pusillus fugitivus et contra fugitivus est magnus erro; proprie autem erro est is, qui frequenter sine causa vagatur et tempora in res nugatorias consumens, serius domum redit.

Ἐάν τι προσεῖναι τῷ δούλῳ χρήσιμον ὁ πράτης διαβεβαιώσηται, τυχὸν ὅτι σπουδαῖος ἢ πορίστικὸς, οὐκ εἰς ἄκρον ἀπαιτοῦμεν αὐτὰ προσεῖναι, ἀλλὰ μέσως. εἰ μέντοι τἀναντία τῶν διαβεβαιωθέντων ἔχων εὑρεθῇ, κινεῖ ὁ ἀγοραστὴς τὴν ἀναστρέφουσαν τὸ πραθὲν ἢ τὴν μειοῦσαν τὸ τίμημα ἀγωγήν: — fr. 18 pr.

Si quam utilitatem servo adesse venditor affirmaverit, veluti constantem aut laboriosum eum esse, non ad summum eiusmodi adesse exigimus, sed modice. quod si contraria eorum quae affirmata sint, (servus) habens inventus fuerit, experitur emptor redhibitoria actione aut quanti minoris.

Ὁ εἰπὼν ἄριστον εἶναι μάγειρον τὸν δοῦλον χρεωστεῖ μάγειρον ἄριστον παρασχεῖν· ὁ δὲ

Qui dixit optimum coquum esse servum debet coquum optimum praestare; qui coquum simpliciter

μάγειρον ἁπλῶς εἰπὼν καὶ μέσον δίδωσιν. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τεχνῶν τὸ αὐτό. καὶ ἐὰν ἁπλῶς εἴπῃ τὸν δοῦλον πεκούλιον ἔχειν, ἀρκεῖ καὶ τὸ ἐλάχιστον ἔχειν: — fr. 18. § 1. 2.

ait etiam mediocrem dare potest. et idem dicendum est de ceteris artificiis. et si dixerit simpliciter servum peculium habere, sufficit et si minimum habeat.

Εἴσω ἓξ μηνῶν utilíων *ἀριθμουμένων ἀπὸ τοῦ καιροῦ* [*τῆς πράσεως ἡ ἀναστρέφουσα*] *τὸ πραθὲν ἀγωγὴ κινεῖται· ἡ δὲ μειοῦσα τὸ τίμημα ἀγωγὴ εἴσω* utilíu *ἐνιαυτοῦ*: — fr. 19. § 6.

Intra sex menses utiles a tempore venditionis numeratos redhibitoria actio exercetur; actio autem quanti minoris intra annum utilem.

Εἰ δέ τι ἐλέχθη ἢ ἐπαγγέλθη, ἔκτοτε ἀριθμεῖται. εἰ μέντοι πρὸ τῆς [*πράσεως γέγονεν*] *ἡ ἐπαγγελία, μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἡ ἐπερώτησις, ἐκ τῆς προτέρας αἰτίας παραχρῆμα δύναται κινεῖν*: — fr. 19. § 6. 20.

Si vero quid dictum promissumve sit, inde numeratur (tempus). quod si ante venditionem dictum intercesserit, postque aliquot dies stipulatio, ex priore causa statim agi potest.

Ταῖς [*ποινα*]*λίαις ἀγωγαῖς* aediliciais *ἐνάγονται* etc. (fr. 23. § 6.)

Poenalibus aedilicíis actionibus tenentur etc.

In f.: *τὴν ἀναστρέφουσαν τὸ πραθὲν ἀγωγήν*: —

Versio non est mutanda.

fr. 32: *προλέγειν καὶ ἐπερωτᾶσθαι ὀφείλει . . . οὐ μόνον ἔνθα ῥητόν τι προστίθεται, ὡς παῦλος, ἀλλ' εἰ καὶ γενικῶς* etc.

praedicere et promittere debet . . non solum cum specialiter mancipium additur, veluti Paulus, sed etiam si generaliter etc.

fr. 35: *ἐὰν ἄνευ μεγάλης ζημίας οὐ δύναται χωρισθῆναι ἢ διὰ διάθεσιν* (?), *ὡς . . . . ἢ συνοικοῦντες ἀλ.*

Si sine magno incommodo separari non possunt, propter pietatem, veluti . . . . vel contubernales.

fr. 36: *καὶ δι' ἕνα κινεῖται ἡ ἀγωγὴ, τῆς καλλονῆς αὐτοῦ γίνεται ἡ ἀποτίμησις . . . δι' ἑκάστου, ἡ διατίμησις τούτου, περὶ οὗ ἐστιν ἡ ζήτησις, σκοπεῖται καὶ πρὸς* etc.

et propter unum exercetur actio, bonitatis eius fit aestimatio . . . . . aestimatio eius, de quo quaeritur, inspicitur etc.

fr. 38. § 7: *Εἴσι τινὰ πάθη τῶν ἀνθρώπων . . . [ὡς εἰ ἡμιόνός] ἐστιν ἐκτεμνόμενος μήτε ἀσθενέστερος μήτε ἄχρηστος γενόμενος καὶ τούτου γὰρ χωρὶς οὐ γονοποιεῖ· οὔτε δὲ πάντα τὰ ἐκτεμνόμενα ζῶα ἐμπαθῆ ἐστιν, εἰ μὴ γεγόνασιν ἐντεῦθεν ἀσθενέστερα*: —

Sunt quidam hominum morbi [qui in iumentis non tales habentur, veluti si mulus est] castratus, neque debilior neque inutilis inde factus; nam et praeter id ad generandum non est aptus; neque omnia castrata animalia vitiosa sunt, nisi inde debiliora sint facta.

fr. 38. § 14 in f.: *παντὸς πλήθους ἑνὶ τιμήματος πραθέντων, εἰ μὴ ἄρα οὐ δύνανται χωρισθῆναι*: —

omni multitudine uno pretio distracta, nisi forte separari non possint.

λή'. ὡς ἐπὶ τραγῳδῶν ἢ μίμων ἢ ἀδελφῶν· [οὗτοι] γὰρ οὐ χωρισθήσονται: —

ut in tragedis vel mimis vel fratribus: [hi] enim non separabuntur.

[fr. 38. § 14 fin. 39, 40 pr.]

Ὁ κύνα ἄγριον cet.

Canem ferocem etc.

μ'. εἰς τὸ φερόμενον (sic).

— — — — — — — — — — — — —

fr. 35: . . *ὠμερισμένος* (sic) . . . . . *ὅτε ἐλάνθανεν αἴτιον τοῦ φυγάδος ἀγοραστήν*: —

. . . cum lateret fugitivi vitium emptorem.

c. 3 (IV, 53) . . *οἴονται πιστεύεσθαι . . περὶ μέλλοντα ἐπαγγελλόμενον, ἀλλὰ ὅμως διὰ τὴν τοῦ συναλλάγματος πίστιν ἐκ τοῦ* etc.

existimant . . . de futuris promittens; attamen propter contractus fidem ex continenti si pactum fiat etc.

c. 5 (IV, 44). [*Ἡ κατὰ*] *δόλον* [*πρᾶσις*] *ἄχρηστος· εἰ δὲ πίστει ἀγαθῇ ἐγενήθη, ἔρρωται, ἐν ᾧ μείζων ἦν τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν ὁ πράτης*: —

Per dolum facta venditio inutilis est; sin autem bona fide facta sit, valet, cum maior fuerit venditor viginti quinque annis.

c. 14: *Οὐ δύναται ὁ πράτης ἀνατρέπειν τὴν πρᾶσιν ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι* etc. (*οβ'* in cod. pro *οη'*).

Non potest venditor rescindere venditionem, dicens etc.

TITULUS XIX.

c. 10: *ἐκνικηθῇ τι, αὐτὸς κινδυνεύει* etc. — evicta sit aliqua pars, ipsius periculo id fit etc.

LIBER XXX, TITULUS I.

fr. 33. § 1: *εἰς τὴν γυναῖκα.*

c. 8: *ἐδαπάνησεν, ἀπαι[τεῖσθαι οὐ] δ[ύναν]ται· εἰ δὲ πλουσιωτέρα γέγονεν, ἐξεστιν ... τῷ ἀνδρί*: — si quidem consumpsit, repeti non possunt; si vero locupletior facta, licet viro ...

c. 10: *τὸ γεγονὸς, οὐδὲ δύναται ὁ τούτου πηρ ἀφαιρεῖσθαι τὰ πράγματα, οὐδὲ ἐπὶ ἐγ[κλήματι λέγων] ὑπὸ τῆς γαμετῆς [ἀναιρεθῆναι] τὸν υἱόν· [κεχώρισται γὰρ ἡ τοῦ ἐ]γκ[λήματος αἰτία] ἀπὸ τῶν δωρεῶν*: — neque potest eius pater auferre res ne si quidem crimen obiciat, dicens filium ab uxore occisum esse; separata est enim criminis causa a donationibus.

c. 16: *τὸ ὠνεακὸν γενέσθαι παρασκευάσῃ, αὐτῷ δὲ παραδοθῶσι τὰ κτήματα, δεσπόζεται αὐτὸς τοῦ ἀγροῦ καὶ δύναται .... εἰ δὲ ἐκείνῃ παρεδόθησαν τὰ κτήματα, τὰ διδόμενα μὲν ἐκείνης γέγονεν*, cet. — emptionis instrumentum fieri curavit, ei autem praedia sint tradita, ipse fundi dominus fit et potest contra uxorem ea detinentem vel contra heredes eius in rem agere; quod si mulieri praedia sint tradita, data quidem eius sunt facta, sed ipse etc.

LIBER XXXI. TITULUS II.

fr. 1. § 3 in f.: adde *ἐστίν*: — est.

c. 1 (VIII, 8): *ἡ ἀλήθεια φανείη· κινείτω αὐτὸ ἡ μήρ*: — ut veritas pateat: experiatur autem eo mater.

LIBER XXXII, TITULUS I.

Nov. 12, 11: corr. *ἀφίκνοιντο.*

LIBER XXXIII, TITULUS II.

c. 3 (VIII, 51): *ἀλλὰ μηδὲ ὁ λαβὼν καὶ θρέψας ἑαυτῷ καταδουλούτω ἐπὶ προφάσει τροφῶν ἀλλ' .... πατρωνικὰ δίκαια ἐκδικείτω ἐπ' αὐτὸν ..* — sed neque qui suscepit et aluit sibi servum eum faciat sub praetextu alimentorum ... patroni iura vindicat in eum ...

In hac vero editione conficienda id nobis curae fuit, ut codicis textus quam optime fieri posset repraesentaretur, cum de codice et antiquissimo et quod ad partes integre descriptas attinet unico agatur. Errores tamen quosdam tacite correximus, quos ut referremus nulla idonea ratio suadebat; itacismos praesertim, quibus singulae fere codicis lineae laborant necnon solemnem *o* et *ω* inter se promiscuum usum. Cum autem de verbis latinis ad graecam formam redactis ageretur, operae pretium duximus ea diligentissime transcribere. Quod autem ad legis rhodiae capitula pertinet, vide quae inferius monebimus. Coniecturas paucas admodum et maxime necessarias admisi. Graeco textui latinam versionem addidi; quae ut *κατὰ πόδας* verbum per verbum redderet, salva rerum significatione, curavi. Notas paucas adieci, quae vel codicis errores, vel fontes indicarent, in quibus idem Basilicorum locus servaretur. Scio fore plerosque, qui amplioribus notis opus instructum non esse querentur; eas tamen consulto perstrinxi cum aliis de causis, tum ne operis moles nimium cresceret.

Legis rhodiae capitula post multas dubitationes edenda putavimus. Arbitratus est quidem vir in disciplina nostra facile princeps C. E. Zachariaeus (*Paralipomena* p. 7; cfr. *Geschichte des griech.-röm. Rechts*, 3ª. ed., p. 318. 316) legem rhodiam primitus a Basilicis fuisse alienam. Sed vix probabilem rationem attulisse mihi videtur; nunc vero cum ex antiquissimo libro ambrosiano videamus hanc legem etiam in eclogis seculo IX vel X ex Basilicis confectis contentam fuisse, novo exemplo patet quam fallax sit ingeniosissimi cuiusquam opinio divinatrix! Ceterum ad legem denuo edendam hortabatur ipsius textus barbarica prorsus forma, quae genuinam indolem redolet et a ceteris hucusque cognitis recensionibus longe distat. Eam diligenter referre studuimus, cum ad graecae linguae isauricis temporibus fata illustranda magnopere conferre possit. In hac igitur operis parte etiam itacismos ceteraque orthographica sphalmata, omnem sermonis inaequalitatem et scabritiem incunctanter rettulimus, ne sub praetextu corrigendi et emendandi singularem aliquem dicendi aut scribendi modum tolleremus.

4. Textus autem, qui in codice nostro continetur, plerumque bonus correctusque apparet, antiquioremque speciem praeseferat, utputa artis vocabula nondum in graecum sermonem translata. Plura tamen propter homoeoteleuton ceciderunt, quae singula qualia sint suis locis proponam. Codex ipsa prima manu saepe emendatus est; utrum semel iterumve alia manu correctiones introductae sint necne, incertum manet. Si ceteras Basilicorum recensiones adhibeamus, firmabitur aeque de textus praestantia iudicium. Nam cum in libris XLVI—LII ambrosianus codex saepius cum cod. paris. gr. 1357 conveniat, qui ex antiquo et perbono, ut videtur, archetypo descriptus est, (illo sane quem adhuc Cuiacius libros XLVII—LX continentem tractavit), inde non minimum de lectionis sinceritate ac fide argumentum deducitur. Quod si liber noster passim a lectione vulgo tradita recedit atque cum maiore Basilicorum Synopsi congruit, id eo factum est, quod Synopsis ipsa ex vetustis exemplaribus pendens integrum textum aut certe emendatiorem praebeat. Quod non raro ibi quoque intellegendum est, ubi prima facie mendum inesse videtur; agitur enim de orationis forma apud byzantios recepta (e. gr. in lib. XXIX, tit. I c. 116 habet A *ἵνα καρπώσηται*, ut Syn. atque — si ex Fabroti editione quid de eius fontibus conicere licet — Cod. par. gr. 1348; quae constructio apud Theophanem quoque invenienda est), aut de genuinae cuiusdam lectionis corruptela, pro qua serius alia loci sanandi causa substituta sunt. Cetertum admonendi sumus non semel neque iterum tantum librum ambrosianum ad latinum Digestorum Codicisve textum propius accedere eiusdemque ordinem in vulgatis Basilicis mirum quantum turbatum referre. Interdum neque admodum raro Digestorum, Codicis, Novellarum (in LX° libro etiam Prochiri) fragmenta in ambrosiano libro reddita inveniuntur, quae in ceteris exemplaribus desunt, ut cuique collationem ambrosiani libri, quae in fine voluminis edita est, perlegenti facile patebit.

Praeterea notantum est passim (in prioribus libris praesertim) pro Novellarum textu Theodori compendium exhiberi vel pro Thalelaei *τῷ πλάτει* constitutionis summarium; contra quibusdam libri sexagesimi locis eiusdem *τὸ κατὰ πόδας* (quod in editionibus inter scholia vetera positum est) pro summario exhiberi. Id quoque eo fieri potuisse, quia talis esset genuina Basilicorum scriptura, fateri oportet; cum vero Basilicorum possessores in margine alias versiones describere solerent, quae facile in ipso textu recipi potuerunt, tutius videtur nullum de iis iudicium proferre. Neminem autem extiturum puto, qui consilium nostrum collationem integram libri ambrosiani cum heimbachiana editione instituendi atque edendi non probet. Eam ipse disposui atque recensui, Mercati noster exsecutus est; quantum adsiduitati oculorumque eius aciei debeamus, harum rerum periti iudicabunt. Diuturni laboris fructus non solum in pluribus locis sanatis vel ad meliorem formam redactis consistit, sed in locis non paucis nunc primum restitutis, quos aut deperditos aut nunquam in Basilicis receptos viri docti arbitrabantur.

Scholia quaedam ambrosiano libro addita sunt. Saepius (praesertim in posterioribus libris) Digestorum Institutionum Codicis Novellarum Prochiri loci indicantur, unde Basilicorum textus sumptus est. Plerumque refertur eiusmodi indicatio ad singulorum titulorum rubricas; interdum in ipso corpore singulis capitibus adicitur. In libri XXXV[1] titulis II° atque III° Codicis versio Anatolio tribuitur; ceterum versionis auctor laudari non solet. Reliqua scholia aut de capitis argumento breviter enarrant (ut in scholiis libri XVIIII[1] praesertim videre est), aut verba latina graece vertunt (id quod in libro LX° plerumque evenit). Plures notae in margine conspicuae sunt, quarum non semper sensum adsequi potuimus. De his vide ea quae disseruit Mercati *Rendiconti* l. l.

5. Praeter collationem integram, cuius ope liber ambrosianus penitus illustratur, locorum verborumque indices, quorum auxilium studiosis deficere nequit,[1] alia in Appendice posui, de quibus nunc breviter dicendum est. Liber primus Basilicorum a Zachariaeo a Lingenthal in opusculo, quod inscribitur *Beiträge zur Kritik und Restitution der Basiliken* (Mémoires de l'Académie Impériale: St. Pétersbourg 1877), nova prorsus ratione restitutus est. Probavit enim vir doctissimus eius recensionem, quae in duobus codicibus parisiensibus servatur (Coisl. 151, Par. gr. 1352) interpolationibus additamentisve omnigenis auctam mutatamque esse. Nam ut de aliis taceam, amplam Thalelaei expositionem constitutionum summario substitutam esse, non tantum ceterorum librorum exemplo conicere

[1] Verborum index plenior atque observationibus de re philologa praesertim instructus alibi vulgabitur.

licet, sed luculentissimis testimoniis Balsamonis, Michaelis Theodorique in Photium (apud Pitram I. E. G. II 445 sqq.), Synopsis, Basilicorum scholiorum plane evincitur. Omnium istorum testimoniorum consensus illorum codicum, quorum prior longe recentior quam Heimbachius existimavit, alter et recens est et deterioris notae, fidem exsuperat. Certior factus sum olim Zachariaeum de supplemento heimbachianae editionis edendo cogitasse, cum alia tum hanc libri primi restitutionem repetitam contenturo. Hoc magistri optatissimi votum libens solvi; notas latine verti atque in commodiorem usum disposui. In notis testimonia allata sunt, ex quibus singulorum capitum restitutio pendet. Fugit me (id quod nunc suppleo) eundem Zachariaeum alibi (*Paralipomena* Praefatio, p. 4) monuisse caput IX^{um} libri I^{1} (qui unicum amplectitur titulum) ita ex Pitra II 531 posse restitui: *αἱ μὲν ἀθέμιταί θυσίαι καὶ θρησκεῖαι κωλυέσθωσαν· ἱλάρια δὲ ἐν ταῖς πόλεσι γινέσθωσαν καὶ σύνοδοι καὶ συμπόσια.* Est const. 4 Cod. I, 11. Latine sic verto: „Illicita sacrificia atque ritus prohibeantur; laeti autem in civitatibus fiant conventus atque convivia".

Item libri LIII^{1} latinam versionem Venturi, de qua supra locuti sumus, rursus edendam constitui. Libri LIII^{1} magnam partem ex codice ambrosiano reciperavimus; cum autem loci complures desiderarentur, necessarium mihi visum est illam quoque versionem addere, ut omnia, quae hodie noscuntur, ad librum restituendum subsidia Basilicorum supplementum praeberet. Notas quasdam ex Zachariaeo latine reddidi, quasdam ipse apposui; riccardiani codicis apographum misit vir humanissimus S. Minocchi, cui gratias agere et decet et libet. De ipsa Venturi versione confer ea, quae Zachariaeus et in Actis Academiae Berolinensis (a 1881) et in Paralipomenis suis disputavit.

6. Locorum Basilicorum in heimbachiana editione desideratorum segetem satis amplam congessi, quam cum latina versione item publici iuris faciendam statui. Ante omnia ex Cuiacio quaedam collegi, praesertim ex Commentario ad libros III posteriores Codicis, quae ad notitiam librorum LIII—LIX pertinent, qui in Basilicorum tomo hodie deperdito continebantur: non pauca, ut legenti apparebit, Heimbachius vel non vidit vel neglexit. Deinde quosdam locos codices manu scripti suppeditaverunt, idest Cod. Ambr. L, 49 sup. et Cod. Vallicellianus *E* 55. Hic liber praeter alia Prochirum auctum continet secundum eam recensionem, quam Zachariaeus noster *vaticanam* appellavit, estque — ut idem Zachariaeus in Praefatione Epanagoges animadvertit — „additamentis variis conspicuus". Horum addimentorum naturam *αὐτόπτης* penitius cognoscere potui. Sunt fragmenta ex Basilicis sumpta, quorum non minima pars ad libros, qui perierunt, et praesertim ad lib. XVIIII pertinent; sed ad unum vel duo fere omnia in Synopsi maiore redeunt.

Plura hausi ex operibus Demetrii Chomateni, quorum editio a viro eminentissimo J. Pitra parata post mortem eius in lucem apparuit. Hanc editionem Zachariaeus ipse in Prolegomenis ignoravit. Egregiam locorum vim ex Basilicis eorumque scholiis tam vetustioribus quam recentioribus episcopus et iuris et litterarum peritus in epistulis consultationibusque suis recepit, quorum plures hactenus ignorabantur: eos collegi, notis latinaque versione instruxi; editio enim, cuius mentionem feci, graecum tantummodo textum exhibet.

Alia fragmenta iam ex variis iuris tractatibus Zachariaeus in opere laudato *Beiträge* cet. adunaverat, quae in hoc Supplemento repetenda esse nullus dubitavi. Quod tamen ad locos ex Epanagoge aucta desumptos, monendi sumus non semper eos ad litteram Basilicorum textum repraesentare, ut exemplis docemur, in quibus utrumque opus conferre licet.

TABULA A I. MERCATI

confecta qua restitutio quaternionum libri Basilicorum ambrosiani continetur.

Liber II quat. ? . . . . . + 201 162 173 170 165 206 +



Liber VI—VII q. ι′ 222 209 156 193 198 155 214 217



Liber VII—VIII (q. ια′) 178 187 243 221 218 242 188 181



Liber IX (q. ιβ′) . . . . . + 238 180bis + + 179 231 +



Liber X—XII (q. ιγ′) . . . . . + 223 208 171 172 215 216 +



Liber XII—XV (q. ιδ′) . . . . . 194 + 210 248 253 213 + 197



Liber XV—XVIII (q. ιε′) . . . . . 245 + 249 203 204 252 + 240



Liber XVIII—XIX q. ις′ . . . . . 166 + 246 189 186 239 + 161



Liber XIX—XXII (q. ιζ′) 169 219 224 191 184 230 220 170



Liber XXII—XXV (q. ιη′) 158 159 202 183 176 205 152 153



Liber XXV—XXVI (q. ιϑ′) . . . . 182 185 154 + + 157 190 177



Liber XXVI—XXVIII (p. κ′) . . . . 196 179bis 164 + + 163 180 195



Liber XXVIII (q. κα′) 192 232 168 211 212 175 237 199



Liber XXVIII—XXVIIII (q. κβ′) . . 160 207 + 234 235 + 200 167

Liber XXIX—XXX (q. κγ′) . . . . 7 4bis 2 3 5 6 4 1



Liber XXX—XXXIII q. κδ′ 38 39 12 25 30 11 32 33



Liber XXXIII—XXXV q. κε′ . . . 61 41 28 23 16 27 46 56



Liber XXXV q. κς′ . . . . . 63 227 + 78 71 + 228 70



Quaterniones κζ′ et κη′ omnino perierunt.

Liber XXXVIII—XL q. κθ′ . . . . 52 35 53bis 236 233 49 36 51

Liber XL—XLI q. λ′ 57 17 26 15 8 29 22 60



Liber XLI (q. λα′) . . . . . + + 44 21 18 43 + +



Liber XLII—XLIV q. λβ′ 40 54 24 62 55 31 48 47



Liber XLIV (q. λγ′) . . . . . + 86 + 76 73 + 79 +



Liber XLIV (q. λδ′) . . . . . + 66 91 68 65 90 67 +



Liber XLIV—XLVI (q. λε′) . . . . 10 9 + 45 42 + 14 13



Quaternio λζ′ desideratur.

Liber XLVIII—L q. λζ′ . . . . . 241 82 229bis 91bis 89 225 83 244



Liber L—LIII q. λ′ [η′] . . . . . 226 92 87 88 93 94 88bis 229

Liber LIII—LIV q. λθ′ . . . . . 69 80 77 + + 72 85 64

Liber LIV q. μ′ 20 37 50 58 59 53 34 19



Liber LIV—LVIII q. μα′ . . . . . 81 250 + 74 75 + 251 84



Liber LVIII—LX q. μβ′ 95 112 121 120 125 124 117 102



Liber LX (q. μγ′) . . . . . 99 + + 100 97 + + 98



Liber LX (q. μδ′) 103 118 105 96 101 108 111 110



Liber LX (q. με′) 135 116 145 122 123 149 113 142



Liber LX (q. μς′) 141 144 148bis 106 107 146 150 136



Liber LX q. μζ′ . . . . . 143 + 119 128 133 126 + 151



Liber LX (q. μη′) . . . . . + 104 115 + + 114 109 +



Novellae Leonis Imp. (q. ?) 127 138 137 147 148 140 139 134



fol. 203r. ΠΙΝΑΞ CYN ΘΕΩ, ΤΟΥ Β ΤΕΥΧΟΥC.

ΒΙΒΛΙΟΝ Ις'.

τ. α'. π χρήσεως καρπῶν.

τ. β'. π χρήσεως καρπῶν προσαυξανομένης.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΗ'.

τ. α'. π τῆς ἀγωγῆς τῆς κινουμένης κατὰ τοῦ προστήσαντός τινα διοικεῖν τὸ ἴδιον ἐργαστήριον.

τ. β'. π συγκλήτου θεσπίσματος μακεδονιανοῦ, ὅπερ
fol. 203v. κινεῖται ἡνίκα ὑπεξούσιος ἡ ὑπεξουσία παρὰ τὰς ἐν τούτῳ τῷ τίτλῳ κειμένας διατάξεις δανείζεται. τίτλος ε'.

περὶ πεκουλίου ἀγωγῆς. τίτλος ζ'.

π ἀγωγῆς τῆς περὶ τὰ πράγματα τοῦ δεσπότου καὶ τοῦ πατρὸς κινουμένης ἐξ ὧν συναλλάσσει ὁ ὑπεξούσιος ἢ ὁ δοῦλος πρὸς ἑτέρους.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΘ'.

τ. α'. π συναλλάγματος πράσεως καὶ ἀγορασίας καὶ περὶ συμφώνων τοῦ τε πράτου καὶ τοῦ ἀγοραστοῦ συντεθέντων καὶ ποῖα πράγματα οὐ δύνανται πιπράσκεσθαι καὶ περὶ εὐνούχων καὶ πατέρων τοὺς υἱοὺς ἐκποιουμένων.

τ. δ'. π κληρονομίας ἢ ἀγωγῆς πραθείσης.

τ. ε'. π ἀνατρεπομένης πράσεως καὶ ἀγορασίας καὶ πότε ἔξεστιν τοῖς συναλλάσσουσιν ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῆς ἀγορασίας.

τ. ς'. π κινδύνου καὶ ὠφελείας τοῦ πραθέντος πράγματος.

τ. ζ'. π δούλων ἔξω πιπρασκομένων τῆς πόλεως ἢ ἐὰν ἀνδράποδον πραθῇ ἐπὶ ὅρῳ τοῦ ἐλευθερωθῆναι ἢ μὴ ἐλευθερωθῆναι.

τ. η'. π ἀγωγῆς πράσεως καὶ ἀγορασίας καὶ περὶ πραγμάτων αλλοτρίων μὴ ἐκποιουμένων καὶ περὶ τῆς κεκωλυμένης πραγμάτων ἐκποιήσεως ἢ ὑποθήκης καὶ περὶ τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐκποιήσεως.

INDEX CVM DEO TOMI SECVNDI.

LIBER XVI.

de usu fructu. *t.* 1.

de usu fructu adcrescendo. *t.* 2.

LIBER XVIII.

de actione quae intenditur in eum qui praeposuit aliquem ad propriam officinam exercendam. *t.* 1.

de senatusconsulto macedoniano, quo utimur cum filius vel filia familias contra in hoc titulo positas constitutiones mutuum accipiat. *t.* 2.

titulus 5.

de peculii actione. titulus 7.

de actione de rebus domini et patris mota, ex quibus contrahit filiusfamilias vel servus cum extraneis.

LIBER XIX.

de contractu venditionis et emptionis et de pactis venditoris et emptoris compositis et quae res non possunt vendi et de eunuchis et de patribus filios alienantibus. *t.* 1.

De hereditate vel actione vendita. *t.* 4.

De rescindenda venditione et emptione et quando licet contrahentibus recedere ab emptione. *t.* 5.

de periculo et commodo venditae rei. *t.* 6.

de servis extra civitatem venditis et si mancipium veneat sub condicionem manumittendi vel non manumittendi. *t.* 7.

de actione venditionis et emptionis et de rebus alienis non alienandis et de vetita rerum alienatione vel hypotheca et de communium rerum alienatione. *t.* 8.

τ. ι'.	π ἀγορανόμου παραγγελίας καὶ περὶ ἀναδοτέου πράγματος καὶ περὶ ἀναλύσεως πράσεως καὶ ἥττονος τιμῆς διδομένης.	de aedilis edicto et de redhibenda re et de resoluta emptione et de minore pretio dato.	t. 10.
τ. ιβ'.	π παραγραφῆς πράγματος πραθέντος καὶ παραδοθέντος.	de exceptione rei venditae et traditae.	t. 12.
τ. ιθ'.	π κατεχομένων.	de evictionibus.	t. 19.
	ΒΙΒΛΙΟΝ Κ'.	LIBER XX.	
τ. γ'.	περὶ πραγμάτων ἀντικαταλλαγῆς.	de rerum permutatione.	t. 3.
τ. δ'.	περὶ ἀγωγῶν κινουμένων μεταξὺ τῶν συναλλασσόντων ἡνίκα δώσει τις ἑτέρῳ πρᾶγμα ἢ ποιήσῃ τι ἐπὶ ὑποσχέσει τοῦ ἕτερον ἀντὶ τοῦ οὗπερ ἐποίησεν λαβεῖν.	de actionibus motis inter contrahentes cum det quis alteri rem vel quid faciat cum pacto aliud quid pro eo quod fecit accipiendi.	t. 4.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΑ'.	LIBER XXI.	
τ. α'.	π μαρτύρων εὐϋπολήπτων καὶ ἀτίμων.	de testibus bonae opinionis et infamibus.	t. 1.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΒ'.	LIBER XXII.	
τ. α'.	π ἀποδείξεων καὶ προλήψεων καὶ δικαιωμάτων	de probationibus et praesumptionibus et documen-	t. 1.
fol. 204r.	καὶ πίστεως δικαιωμάτων καὶ διαβολῆς αὐτῶν.	tis et fide documentorum et de eorum impugnatione.	
τ. δ'.	π τοῦ πῶς χρὴ ἐπιτίθεσθαι τὸ πιστὸν τοῖς παρὰ δικασταῖς ἐμφανιζομένοις συμβολαίοις.	quomodo oportet fidem adiicere instrumentis quae apud indices manifestantur.	t. 4.
τ. ε'.	π ὅρκου ὁμοτέου εἴτε προαιρετικοῦ τουτέστιν ἐπακτῶν εἴτε ἀναγκαίου εἴτε δικαστῶν.[1]	De iureiurando sive voluntario h. e. delato sive necessario h. e. iudiciali.	t. 5.
τ. ς'.	π τοῦ ἐνδίκου ὅρκου: —	de iureiurando in lite.	t. 6.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΓ'.	LIBER XXIII.	
τ. α'.	π πραγμάτων χρεωστουμένων ἐάν ἐστι δῆλον καὶ ἀπαιτεῖται καὶ περὶ ἐκδικήσεως αὐτῶν.	de rebus debitis: si certum sit et petatur et de earum exactione.	t. 1.
τ. β'.	π τοῦ τοὺς τελευτῶντας ἤτοι τὰ λείψανα αὐτῶν μὴ ἐνυβρίζεσθαι παρὰ τῶν δανειστῶν.	de mortuo sine de reliquiis mortuorum non afficiendis iniuria a creditoribus.	t. 2.
τ. γ'.	π τόκων καὶ καρπῶν καὶ πραγμάτων καὶ πάσης προσθήκης καὶ ὑπερθέσεως.	de usuris et fructibus et rebus et omni accessione et mora.	t. 3.
τ. δ'.	π ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων.	de argentariorum contractibus.	t. 4.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΔ'.	LIBER XXIV.	
τ. α'.	π ἀπαιτήσεως πράγματος δοθέντος, πράγματος μὴ παρακωλουθήσαντος καὶ θανάτου αἰτίᾳ δωρουμένου πράγματος.	de petitione rei datae, re non secuta, et mortis causa donata re.	t. 1.
τ. β'.	περὶ ἀπαιτήσεως ἐπὶ αἰσχρῷ ἢ ἀδίκῳ διδομένου: —	de petitione [rei] ob turpem vel iniustam [causam] datae.	t. 2.
τ. γ'.	π παραγγελίας ἀπὸ νόμου καὶ ἄνευ αἰτίας καὶ ἀπὸ ἀδίκου αἰτίας καὶ περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν.	de condictione ex lege et sine causa et ex iniusta causa et de obligationibus et actionibus.	t. 3.
τ. δ'.	Μήτε γαμετὴ ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς ἢ ἀνὴρ ὑπὲρ γαμητῆς ἢ μήτηρ ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ, μήτε υἱὸς ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἢ πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ αὐτεξουσίου ἢ ἀπελεύθερος ὑπὲρ πάτρωνος ἐνεχέσθω: —	Ne uxor pro viro neque vir pro uxore vel mater pro filio neque filius pro patre vel pater pro filio familias vel libertus pro patrono teneatur.	t. 4.

[1] locus corruptus.

τ. ε'.	Ἐὰν ἄρα ὁ δοῦλος ἐξ οἰκείου ἀποτελέσματος μετὰ τὴν ἐλευθερίαν ἐνέχεται.	an servus ex proprio facto post libertatem teneatur. *t.* 5.
τ. ς'.	Π τοῦ μηδὲν μὲν χρεωστοῦντος, καταβαλλομένου δὲ καὶ ἀπαιτοῦντος δ κατέβαλεν.	De eo qui nihil debet, sed solvit et repetit quod solvit. *t.* 6.
τ. ζ'.	Π ἀγωγῶν κληρονομιαίων καὶ εἰς ὅσον οἱ κληρονόμοι ἐνέχονται ἐκ τῶν πλημμελημάτων τῶν τελευτησάντων.	de actionibus hereditariis et quatenus heredes teneantur ex delictis mortuorum. *t.* 7.
τ. η'.	π ἀπαιτήσεως τοῦ καταβληθέντος τινὸς χωρὶς αἰτίας καὶ ἀπαιτήσεως ἐκ νόμου ὡρισμένης κατὰ παντὸς πράγματος καὶ περὶ ἀπαιτήσεως πάντων τῶν σταθμῷ ἢ μέτρῳ ὑποβαλλομένων: —	de petitione eius quod sine causa solutum est et petitione ex lege statuta de omni re et de petitione omnium ponderi vel mensurae subiectorum. *t.* 8.
fol. 204ᵛ.		
τ. θ'.	π τοῦ ἐν ᾧ δήλῳ τόπῳ δίδοσθαι τὸ εἴτι δήποτε.	de eo quod quid in certo loco dari oportet. *t.* 9.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΕ'. — LIBER XXV.

τ. α'.	π ἀγωγῆς τῆς χάριν ἐνεχύρων διδομένης.	de actione pignerum causa data. *t.* 1.
τ. β'.	π ἐνεχύρων καὶ ὑποθηκῶν καὶ τῶν συμφώνων αὐτῶν.	de pigneribus et hypothecis et pactis eorum. *t.* 2.
τ. γ'.	Ἐπὶ ποίων αἰτιῶν ἐνέχυρα ἢ ὑποθῆκαι σιωπηρῶς συναλλάσσονται.	ex quibus causis pignera vel hypothecae tacite contrahuntur. *t.* 3.
τ. δ'.	Ποῖα πράγματα εἰς ἐνέχυρον ἢ εἰς ὑποθήκας παρεχόμενα οὐκ ἐνέχεται.	Quae res in pignus vel hypothecam praestitae non tenentur. *t.* 4.
τ. ε'.	Τίνες δυνατώτεροι εἰς τὰ ἐνέχυρα ἢ εἰς τὰς ὑποθήκας ἔρχονται καὶ περὶ τῶν οἵτινες εἰς τόπον τῶν προτέρων δανειστῶν ὑπεισέρχονται.	Qui potiores in pignera vel in hypothecas veniunt et de iis qui in locum priorum creditorum subingrediuntur. *t.* 5.
τ. ς'.	π τοῦ πῶς καὶ πότε ὑποτίθεσθαι δεῖ τὰς στρατείας.	Quomodo et quando hypothecae dari oporteat militias. *t.* 6.
τ. ζ'.	π διαπράσεως ἐνεχύρων καὶ ὑποθηκῶν.	de distractione pignerum et hypothecarum. *t.* 7.
τ. η'.	ποίοις τρόποις τὸ ἐνέχυρον καὶ ἡ ὑποθήκη διαλύεται.	quibus modis pignus et hypotheca solvitur. *t.* 8.

ΒΙΒΛΙΟΝ Κς'. — LIBER XXVI.

τ. α'.	π ἐγγυητῶν καὶ μανδατόρων.	de fideiussoribus et mandatoribus. *t.* 1.
τ. β'.	π τοῦ τοὺς δανειστὰς πρότερον χωρεῖν κατὰ τῶν πρωτοτύπων χρεωστῶν καὶ ἐν δευτέρᾳ τάξει ἀπόρων τούτων εὑρεθέντων κατὰ τῶν μανδατόρων ἢ ἀντιφωνητῶν ἢ ἐγγυητῶν: —	de eo quod creditores antea convenire debent principales reos et secundo loco, non solvendo his inventis, mandatores et constitutores et fideiussores. *t.* 2.
τ. δ'.	π ἀνακαινισμοῦ ἤτοι μεταθέσεως χρέους καὶ τῶν παρὰ τοῦ χρεωστοῦ ἀντιδιδομένων προσώπων τῷ δανειστῇ εἰς τὸ ἀπολογεῖσθαι.	de novatione sive translatione debiti et de personis a debitore oblatis creditori ad defendendum. *t.* 4.
τ. ε'.	π καταβολῶν καὶ ἐλευθεριῶν χρέους.	de solutione et liberatione debiti. *t.* 5.
τ. ς'.	π ἐλευθεριῶν ἤτοι ἀθωώσεως δι' ἀμοιβαίας ἐπερωτήσεως: —	de liberationibus sive remissione debiti per mutuam stipulationem. *t.* 6.
τ. ζ'.	π χρέους ἀντιφωνήσεως καὶ χρέους ..... καὶ ..... γυναικῶν: —	de debiti constituto. *t.* 7.

	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΖ′.	LIBER XXVII.	
τ. α′.	π πραγμάτων ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται.	de rebus, de quarum dominio litigatur.	t. 1.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΗ′.	**LIBER XXVIII.**	
τ. α′.	π μνηστείας.	de sponsalibus.	t. 1.
τ. γ′.	π δωρεῶν μνηστείας.	de donis sponsaliciis.	t. 3.
fol. 252ᵛ.			
τ. δ′.	περὶ γάμων: —	de nuptiis.	t. 4.
τ. ε′.	περὶ κεκωλυμένων γάμων.	de prohibitis nuptiis.	t. 5.
τ. ς′.	περὶ ἀθεμιτογαμιῶν: —	de iis qui illicitas contrahunt nuptias.	t. 6.
τ. ζ′.	περὶ λύσεως γάμων: —	de resolutione nuptiarum.	t. 7.
τ. η′.	περὶ διαλυομένου συνοικεσίου· ἡ προῖξ κατὰ ποῖον τρόπον ἀπαιτεῖται: —	resoluto matrimonio dos quomodo petatur.	t. 8.
τ. θ′.	ἐὰν ἡ προῖξ συνισταμένου τοῦ γάμου ἀποδοθῇ καὶ (τοῦ) μὴ ἐγγυητᾶς ἢ μανδάτορας προικώων διδότωσαν: —	si dos constante matrimonio sit restituta et ne fideiussores vel mandatores dotis danto.	t. 9.
τ. ι′.	π δαπάνης ἐν πράγματι προικιμαίῳ γενομένης.	de sumptu in re dotali facto.	t. 10.
τ. ια′.	π ἀγωγῆς πραγμάτων ἀφαιρεθέντων.	de actione rerum amotarum.	t. 11.
τ. ιβ′.	περὶ τῶν γαμικῶν κερδῶν: —	de nuptialibus lucris.	t. 12.
τ. ιγ′.	Ὥστε, ἀπαιτήσεως οὔσης προικὸς πρώτης τε καὶ δευτέρας, ὡς τοῦ ἀνδρὸς δευτερογαμήσαντος προτιμᾶσθαι τὴν προτέραν γυναῖκα ἢ τοὺς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παῖδας καὶ ὥστε εἰ βουληθείσης τῆς γυναικὸς ἤτοι τοῦ καταγράψαντος ὑπὲρ αὐτῆς τὴν προῖκα δοῦναι τῷ ἀνδρί τὰ καταγραφέντα ἀναβάλλεται ὁ ἀνὴρ ἀποδέξασθαι, λυθέντος τοῦ γάμου ἀπαιτεῖσθαι αὐτὸν τὴν ὑπ' αὐτοῦ καταγραφεῖσαν προγαμιαίαν δωρεὰν: —	Ut, prioris et secundae dotis petitione facta, cum vir binas inierit nuptias, praeferatur prior uxor vel ex priore matrimonio liberi et ut, si volente uxore vel eo qui constituit pro ea dotem viro dari, ea quae scripta sunt distulerit vir accipere, soluto matrimonio, petatur ab eo quam pollicitus est ante nuptias donatio.	t. 13.
τ. ιδ′.	περὶ δευτερογαμούντων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν: —	de secundas nuptias ineuntibus viris et mulieribus.	t. 14.
τ. ιε′.	π ἀποκαταστάσεως προικιμαίων καὶ προγαμιαίων δωρεῶν καὶ περὶ τῆς τεκούσης τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτήν: —	de restitutione dotium et propter nuptias donationum et de ea quae parit undecimo mense post viri mortem.	t. 15.
	ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΘ′.	**LIBER XXIX.**	
τ. α′.	περὶ δικαίου προικὸς καὶ πρὸ γάμου δωρεᾶς:	de iure dotis et propter nuptias donationis.	t. 1.
τ. β′.	περὶ ἐπαυξήσεως προικὸς καὶ προγάμου καὶ προνομίων αὐτῶν.	de augumento dotis et propter nuptias (donationis) et privilegiis earum.	t. 2.
τ. γ′.	π τοῦ χρόνου τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀναργυρίας.	de tempore dotis non solutae.	t. 3.
τ. δ′.	Ὥστε τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεὰν ἰδικὸν συνάλλαγμα εἶναι.	Ut propter nuptias donatio sit proprius contractus.	t. 4.
τ. ε′.	περὶ πάκτων προικός: —	de pactis dotis.	t. 5.
τ. ς′.	περὶ ἀγροῦ προικιμαίου καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς.	de fundo dotali et donatione propter nuptias.	t. 6.
	ΒΙΒΛΙ Λ′.	**LIBER XXX.**	
τ. α′.	περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός: —[1]	de donationibus inter virum et uxorem.[1]	t. 1.

÷ · · · · · ×

[1] Initio Fol. 252ᵛ: ἀρ σὺν Θῶ τοῦ ις′ βιβλι Τίτλος α′ π χρήσεως καρπῶν. Unde patet indicem praecedentem omnia II[i] τευχους titulos complexisse.

[1] Initio Folii 252ᵛ: In(itium) cum Deo XVI[i] libri. Titulus 1 de usufructu.

fol. 39^{r}.

ΠΙΝΑΞ ΤΟΥ Γ ΤΕΥΧΟΥΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΑ'.

τ. α'. *περὶ τούτων οἵτινες ἰδίου ἢ ἀλλοτρίου δικαίου εἰσίν.*

τ. β'. *ε π τῆς ὀφειλούσης τοῖς γονεῦσιν . . . ὑποταγῆς καὶ ε π πατρικῆς ἐξουσίας καὶ περὶ παίδων ἀποκαθισταμένων ἤτοι χειραγωγουμένων καὶ ε π ὀνόματος παιδὸς ἀποκαθισταμένου.*

τ. γ'. *ε π αὐτεξουσιότητος παίδων καὶ ἀχαρίστων παίδων ἢ . .*

τ. δ'. *ποίοις τρόποις τὸ ὑπεξούσιον διαλύεται.*

τ. ε'. *ε π διαγινωσκομένων καὶ ἀνατρεφομένων παίδων ἢ πατρώνων ἢ ἀπελευθέρων.*

ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΒ'.

τ. α'. *ε π τῶν ἐκ νόθων γενομένων γνησίων καὶ νόθων παίδων καὶ παλλακῶν.*

τ. β'. *ε π τῶν νόθων τῶν ἐκ νόθων γνησίων γενομένων.*

ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΓ'.

τ. α'. *ε π υἱοθεσιῶν.*

τ. β'. *ε π νηπίων ἐκτιθεμένων ἐλευθέρων καὶ δούλων καὶ ε π τῶν τοὺς ὑφαίμους ἀγορασάντων ἢ εἰς τὸ θρέψαι εἰληφότων.*

ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΔ'.

τ. α'. *Ε Π ὑποστροφῆς αἰχμαλώτων.*

τ. β'. *ε π τῶν ὑποστρεφόντων ἀπὸ αἰχμαλωσίας ἢ καὶ ἀγοραζομένων.*

ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΕ'.

τ. α'. *ε π διαθήκης καὶ κωδικέλλων.*

τ. β'. *ε π διαθήκης καὶ ποίῳ τρόπῳ αἱ διαθῆκαι συνίστανται.*

τ. γ'. *τίνες διαθήκην ποιεῖν δύνανται ἢ οὐ δύνανται.*

fol. 39^{v}.

τ. δ'. *ἐάν τις τινὰ διαθέσθαι κολύσῃ ἢ ἀναγκάσῃ.*

τ. ε'. *ε π διαθηκῶν παραστάσεων: —*

τ. ς'. *Αἱ διαθῆκαι κατὰ ποῖον τρόπον ἀνοίγονται καὶ θεωροῦνται καὶ μεταγράφονται.*

τ. ζ'. *ε π τῶν ἐν διαθήκῃ χαραγέντων ἢ περικλουβισθέντων ἢ ἀπαλειφθέντων.*

τ. η'. *ε π κυοφορουμένων παίδων κληρονόμων ἐνσταθέντων ἢ ἀποκλήρων ἢ ἀμνημονεύτων ἐαθέντων ἐν διαθήκῃ.*

INDEX III^{i} TOMI.

LIBER XXXI.

de iis qui sui vel alieni iuris sunt. *t.* 1.

de debito parentibus obsequio . . et de patria potesta et de liberis exhibendis vel ducendis et de nomine filii exhibiti. *t.* 2.

de emancipatione liberorum et de ingratis liberis vel . . . *t.* 3.

quibus modis ius potestatis solvitur. *t.* 4.

de agnoscendis et alendis liberis vel patronis vel libertis. *t.* 5.

LIBER XXXII.

de iis qui ex naturalibus ingenui fiunt et naturalibus liberis et concubinis. *t.* 1.

de naturalibus ingenuis factis. *t.* 2.

LIBER XXXIII.

de adoptionibus. *t.* 1.

de infantibus expositis liberis et servis et de iis qui sanguinolentos emunt vel ad nutriendum suscipiunt. *t.* 2.

LIBER XXXIV.

de reditu captivorum. *t.* 1.

de redeuntibus ex captivitate vel etiam redemptis. *t.* 2.

LIBER XXXV.

de testamento et codicillis. *t.* 1.

de testamento et quomodo testamenta fiant. *t.* 2.

qui testamenta facere possunt vel non possunt. *t.* 3.

si quis quem testari prohibeat vel cogat. *t.* 4.

de testamentis exhibendis. *t.* 5.

Quomodo testamenta aperiuntur inspiciuntur et describuntur. *t.* 6.

de iis quae in testamento delentur, vel inducuntur vel cancellantur. *t.* 7.

de postumis heredibus institutis vel exheredatis vel praeteritis in testamento. *t.* 8.

τ. θ'.	π κληρονόμων ἐνστάσεως καὶ ὑποκαταστάσεως.	de heredum istitutione et substitutione.	t. 9.
τ. ι'.	π ὑποκαταστάσεως τελείων καὶ ἀνήβων.	de substitutione adultorum et pupillorum.	t. 10.
τ. ια'.	π δόγματος συγκλήτου τρεβελλιανοῦ καὶ π φιδειικομμισσαρίων ἀγωγῶν ἀποκαταστάσεως καὶ περὶ ἀποκαταστάσεων.	de senatusconsulto trebelliano et de fideicommissariarum actionum restitutione et de restitutionibus.	t. 11.
τ. ιβ'.	π αἱρετικῶν ἐνστάσεων.	de condicionalibus institutionibus.	t. 12.
τ. ιγ'.	π δικαίου ἐνστάσεως καὶ δούλου ἐνστάτου καὶ περὶ ὑποκαταστάτων τελείων καὶ ἀνηλίκων.	de iure institutionis et servo instituto et de substitutis adultis et minoribus.	t. 13.
τ. ιδ'.	π προσποριστέας καὶ παραιτητέας καὶ προσελεύσεως καὶ ἐκζητουμένης κληρονομίας καὶ περὶ τῆς πρὸ ἀνοίξεως τῆς διαθήκης κληρονομίας παραπεμπομένης.	de adquirenda et omittenda (hereditate) et aditione et quaerenda hereditate et de ante apertas tabulas transmissa hereditate.	t. 14.
τ. ιε'.	ἐάν τις διασκέψεως χάριν τῆς διαθήκης ἐξ ἀδιαθέτου ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ νέμηται κληρονομίαν.	si quis testamenti evitandi causa ab intestato vel alio quo modo possideat hereditatem.	t. 15.
τ. ις'.	π τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρουμένων: —	de per insidias occisis.	t. 16.
τ. ιζ'.	π τῶν ἀγαθῆς διακατοχῆς ἀπὸ διαθήκης.	de bonorum possessione contra trabulos.	t. 19.
τ. κ'.	π διανεμήσεων καὶ περὶ βουλήσεων τῶν εἰς τοὺς παίδας γινομένων.	de divisionibus et de voluntatibus in liberos collatis.	t. 20.
τ. κα'.	π διαθήκης στρατιώτου.	de testamento militos.	t. 21.
	ΒΙΒΛΙΟΝ Λς'.	LIBER XXXVI.	
τ. α'.	π κοδικέλλου: —	de codicillis.	t. 1.
	ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΖ'.	LIBER XXXVII.	
τ. α'.	π ἐπιτρόπων καὶ κουρατόρων.	de tutoribus et curatoribus.	t. 1.
τ. β'.	π τῶν ἐκ διαθήκης ἐπιτρόπων.	de tutoribus ex testamenti.	t. 2.
τ. γ'.	π νομίμων ἐπιτρόπων.	de tutoribus legitimis.	t. 4.
τ. ς'.	τίνες αἰτοῦσι κουράτωρας καὶ ἐπιτρόπους καὶ ποῦ αἰτοῦνται.	Qui petunt curatores et tutores et ubi petuntur.	t. 6.
Si tutor ancillae pupilli coniunctus sit in contubernio et moriens scripserit eam heredem, neque huius dominium pupillo ademit, eo quod eam in contubernio assumpsit, neque in testamento eam heredem scribens liberam eam fecit; sed (ipsa) debet iussu pupilli accipere et adquirere ei hereditatem. c. 3. C. 6, 27.

[1] hab. Syn. [2] Similiter Epa. aucta XXXV, 31.
[3] Cod. κελεῦσαι τῷ ἐπιτροπευομένῳ.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΔ', ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΕ'

π προσποριστέας καὶ παραιτητέας καὶ προσελεύσεως καὶ ἐκζητουμένης κληρονομίας καὶ π τῆς πρὸ ἀνοίξεως τῆς διαθήκης κληρονομίας παραπεμπομένης: —

B.κϑ'. [α'. Ὁ δυνάμενος κτήσασθαι πᾶσαν τὴν κληρο-
τ. β'. νομίαν ἐκ μέρους κληρονομεῖν οὐ δύναται, καὶ ὁ ἐκ πολλῶν μερῶν ἐν τῇ αὐτῇ διαθήκῃ γραφεὶς οὐ δύναταί τινα καταδέχεσθαι καί τινα παραιτεῖσθαι: —[1] fr. 1—2. D. 29, 2.

β'. Ἐφ' ὅσον ὁ ἔνστατος κληρονομῆσαι δύναται, ὁ ὑποκατάστατος οὐ δύναται: — fr. 3.

Καὶ ὁ ἄσωτος γραφόμενος κληρονόμος δύναται κληρονομεῖν: — fr. 5. § 1.

Ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς κελευσθεὶς κληρονομῆσαι καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ καλῶς κληρονομεῖ: — fr. 6. § 4.

δ'. Τοῦ ὑπεξουσίου κληρονόμου κελεύσει τοῦ πρς κληρονομοῦντος, ὁ ὑποκατάστατος αὐτοῦ ἀποκλείεται: — fr. 7 pr.

ϛ'. Ἐὰν λαλεῖν ὁ ἄνηβος δύναται,[2] κἂν μὴ νοῇ τὸ γινόμενον ἀλλ' ἔοικεν τῷ μαινομένῳ καὶ σὺν αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπιτρόπου κτᾶσθαι κληρονομίαν δύναται: — fr. 9.

ζ'. Ἐὰν ἐξ ὁλοκλήρου κληρονόμος ὁρίσῃ μέρος σχεῖν, εἰς τὸ πᾶν δοκεῖ ἐγχειρίζειν τὴν κληρονομίαν: — fr. 10.

Καὶ ὁ νομίζων μὴ ἐρρῶσθαι τὴν διαθήκην ἢ πλαστὴν εἶναι οὐ δύναται παραιτεῖσθαι· εἰ δὲ λέγεται μὲν αὐτὴν εἶναι πλαστήν, δῆλον δέ ἐστι μὴ εἶναι πλαστήν, καὶ κληρονομῶν κτᾶται καὶ παραιτούμενος ἀπόλλυσι τὴν κληρονομίαν: — fr. 17 pr.

Ἐὰν ὁ δυνάμενος ἐξ ἀδιαθέτου καλεῖσθαι γραφῇ κληρονόμος καὶ παραιτήσηται τὴν ἐκ διαθήκης οὐκ ἀπόλλυσι τὴν ἐξ ἀδιαθέτου· εἰ δὲ τὴν
fol. 228ᵛ. ἐξ ἀδιαθέτου παραιτήσεται, εἰ μὲν ἐγίνωσκεν αὐτὸν γεγράφθαι κληρονόμον, ἑκατέραν δοκεῖ παραιτεῖσθαι· εἰ δὲ ἠγνώει, οὐδετέραν, τὴν μὲν ἐκ διαθήκης, ὡς αὐτὴν μὴ παραιτησάμενος, τὴν ἐξ ἀδιαθέτου δὲ ὡς μήπω ἁρμόσασαν αὐτῷ· [fr. 17. § 1. D. 29, 2.] ἐκεῖνος δύναται παραιτεῖσθαι ὁ καὶ κτήσασθαι δυνάμενος. fr. 18.

Ὁ θέλων κληρονομῆσαι ἢ διακατοχὴν αἰτῆσαι ὀφείλει γινώσκειν τεθνᾶναι τὸν διαθέμενον: — fr. 19.

Ἐὰν λάβῃ ὁ υἱὸς τὰ αἱρέσεως πληρουμένης χάριν εἴτε ἀποστὰς τοῦ πατρῴου κλήρου εἴτε μή, εἰ μὲν μόνος ἐστὶ κληρονόμος δοκεῖ ἐγχειρίζειν τὴν κληρονομίαν· εἰ δὲ συγκληρονόμον ἔχει κλη-

[1] hab Syn. [2] Cod. λαλῇ. Duplicis lectionis prostat forte testimonium: Ἐὰν λαλῇ ὁ ἄν. et Εἰ λαλεῖν ὁ ἄ. δ.

TITULUS XIV, LIBRI XXXV

de adquirenda et omittenda et de adeunda et requirenda hereditate et de ante tabulas apertas hereditate transmissa.

Qui potest quaerere totam hereditatem ex parte l. 29. t. 2.
heres esse nequit, et qui ex pluribus partibus eodem testamento scriptus est non potest quandam accipere et quandam omittere. fr. 1—2. D. 29, 2.

Donec institutus heres esse potest, substitutus non potest. fr. 3.

Et prodigus heres scriptus adire potest. fr. 5. § 1.

Qui a patre adire iussus est et post mortem eius recte adit. fr. 6. § 4.

Filiofamilias herede iussu patris adeunte, substitutus eius excluditur. fr. 7 pr.

Si loqui pupillus potest, quamvis non intellegat id quod fit sed furioso sit similis, et (ipse) auctoritate tutoris adquirere hereditatem potest. fr. 9.

Si is qui ex asse est heres constituerit partem habere, in totum videtur accipere hereditatem. fr. 10.

Et qui putat non valere testamentum falsumve esse non potest omittere. si vero dicitur esse falsum, patet autem falsum non esse et adiens adquirit et repudians amittit hereditatem. fr. 17 pr.

Si is qui potest ab intestato vocari heres scribatur et (hereditatem) ex testamento omittat, non perdit (successionem) ab intestato. Si vero ab intestato hereditatem omiserit, cum sciret se scriptum esse heredem, utramque videtur repudiare; si cum nesciret, neutram: non eam ex testamento, cum eam non repulerit, non eam ab intestato, utpote quae ei nondum delata fuerit. [fr. 17. § 1. D. 29, 2.] ille potest repudiare qui et adquirere potest. fr. 18.

Qui adire vult bonorumve possessionem petere debet scire mortuum esse testatorem. fr. 19.

Si acceperit filius condicionis implendae causa data, sive abstinuerit paterna hereditate, sive non, si quidem solus heres sit, videtur pro herede gerere: si vero coheredem habet adeuntem, non cogitur

ρονομοῦντα, οὐκ ἀναγκάζεται τοῖς δανεισταῖς ἀπολογήσασθαι· ὅταν γὰρ ὁ υἱὸς ἀφίσταται τῆς κληρονομίας, τὰ αὐτὰ δίκαια ἔχει τῷ αὐτεξουσίῳ παραιτουμένῳ. εἰ δέ τις ὀνόματι τῷ υἱῷ ἐκελεύσθη παρασχεῖν καὶ μὴ κληρονομοῦντι αὐτῷ διδοὺς πληροῖ τὴν αἵρεσιν, τότε δοκεῖ ἐγχειρίζειν τὴν κληρονομίαν, ὅτε εἰ μὴ ὡς κληρονόμος οὐκ ἠδύνατο λαβεῖν. fr. 20. § 4.

adversus creditores se defendere; nam cum filius abstineat hereditate, eadem iura habet atque emancipatus qui repudiat. Si vero nominatim filio iussus sit [statuliber] praestare et non heredi, illi dando condicionem implet; tunc videtur pro herede gerere, cum nonnisi sicuti heres accipere potuit. fr. 20. § 4.

Ὁ παραιτούμενος κλῆρον ἢ ληγάτον ὀφείλει τὸ οἰκεῖον εἰδέναι δίκαιον. fr. 23.

Qui repudiat hereditatem legatumve debet suum nosse ius. fr. 23.

Ἐὰν πρὸ τοῦ κληρονομῆσαι μεταμεληθῇ ὁ κελεύσας, οὐκ ἔρρωται ἡ ὑπεισέλευσις, ὥσπερ καὶ ἐὰν πρὶν ἢ κληρονομήσῃ δῷ ἑαυτὴν[1] εἰς θέσιν ὁ πηρ, οὐ δύναται προσπορίζειν. fr. 25. § 14—15.

Si ante aditionem poenituerit eum qui iussit, non valet aditio; sicuti et si antequam adierit se in adoptionem dederit pater, adquirere non potest. fr. 25. § 14—15.

ιη'. Ἐὰν μετὰ τοῦ δούλου μου ἢ τοῦ υἱοῦ μου γραφῶ κληρονόμος καὶ κελεύσω αὐτῷ κληρονομῆσαι, γίνομαι καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ μέρους κληρονόμος: — fr. 26.

Si cum servo meo filiove meo scribar heres et iubeam eum adire, fio et ex parte mea heres. fr. 26.

Ὁ ἐπιζητήσας ἰδεῖν τὰ δικαιώματα τῆς κληρονομίας ἐφ' ᾧ βουλεύεσθαι,[2] εἰ συμφέρει αὐτῷ κληρονομῆσαι καὶ κωλυσθεὶς ὑπὸ τοῦ συγκληρονόμου αὐτοῦ οὐ δοκεῖ ἐγχειρίζειν τὴν κληρονομίαν: — fr. 29.

Qui quaerit videre instrumenta hereditatis, ut consulere possit, sibine conferat adire et impeditur a suo coherede non videtur pro herede gerere. fr. 29.

Ὁ ὑπεξούσιος κἂν πεπλανημένος ὑπολαμβάνῃ τινὰ κυοφορεῖσθαι, ἐξ ὁλοκλήρου γίνεται κληρονόμος· εἰ δὲ εἷς ἐγκυμονεῖται, εἰς τὸ ἥμισυ κληρονομεῖ, ἐπειδὴ οὐκέτι δύναται ἡ φύσις ἐν τῇ γαστρὶ ἕτερον μορφῶσαι καὶ μάλιστα μετὰ χρόνον τῆς συλλήψεως: — fr. 30. § 6.

Heres suus qui per errorem putat quendam in utero geri, in solidum heres fit; quod si unus in utero geritur, ex semisse heres fit, quoniam non potest natura in utero alterum formare, praesertim post conceptionis tempus. fr. 30. § 6.

κ'. Εἰ καὶ λέγεται ἡ διαθήκη ἄκυρος ἢ πλαστὴ ἢ ῥηγνυμένη ἐγὼ δὲ οἶδα μὴ εἶναι τοῦτο, δύναμαι κληρονομεῖν: — fr. 30. § 8.

Etsi dicatur inritum aut falsum aut ruptum esse testamentum, ego vero sciam id non esse, adire possum. fr. 30. § 8.

Δύο παίδων γραφέντων καὶ τοῦ ἑνὸς κελεύσει τοῦ πρς κληρονομήσαντος, οὐκ ἀρκεῖ ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸν ἕτερον ἐπιτρέπεσθαι. fr. 35. § 2. D. 29, 2.

fol. 70r.

Duobus filiis institutis, si alter iussu patris adierit, non sufficit sed oportet et alterum iuberi. fr. 35. § 2. D. 29, 2.

Ἐφ' ὅσον ἐκ διαθήκης κληρονομηθῆναι κληρονομία δύναται, οὐχ ἁρμόζει ἐξ ἀδιαθέτου. fr. 39.

Donec ex testamento adiri hereditas potest, ab intestato non defertur. fr. 39.

Τοῦ ἀνήβου παραιτησαμένου τὴν πατρῴαν κληρονομίαν, ὁ ὑποκατάστατος αὐτοῦ οὐκ ἐνέχεται τοῖς πατρῴοις δανεισταῖς, κἂν κοινωνὸς ἦν ὑποκατασταὶς καὶ μὴ κατεδέξατο τὴν τοῦ πρς κληρονομίαν. fr. 42 pr.

Pupillo omittente paternam hereditatem, substitutus non tenetur paternis creditoribus, quamvis socius fuerit substitutus neque acceperit patris hereditatem. fr. 42 pr.

λ'. Ἀνήβου ἀφισταμένου πατρῴου κλήρου καὶ τῶν δανειστῶν ἐπιλαμβανομένων, μένει βέβαια τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα καὶ αἱ πράσεις οὐκ ἀνατρέπονται κἂν ἄπορός ἐστιν ὁ ἄνηβος. fr. 44.

Pupillus si abstinuerit paterna hereditate, et creditores bona acceperint, rata manent quae ab eo gesta sunt et venditiones non rescinduntur, quamvis non solvendo sit pupillus. fr. 44.

Ὁ δὲ κοινωνίαν συστησάμενος πόρου καὶ κέρδους τὸ μὲν ἀπὸ καμάτου αὐτοῦ φέρει εἰς τὸ κοινόν, οὐκέτι δὲ καὶ κληρονομίαν. fr. 45. § 2.

Qui societatem iniit quaestus et compendii id quod ex opera sua (adquisiit) fert in commune, non vero et hereditatem. fr. 45. § 2.

[1] l. —ὸν. [2] —λεσθαι cod.

Ἐὰν ὁ δεσπότης μετὰ τὸ κελεῦσαι κληρονομῆσαι τῷ δούλῳ μανῇ πρὸ τῆς ὑπεισελεύσεως, οὐκέτι καλῶς κληρονομεῖ: — fr. 47.

Si dominus postquam iusserit servum adire coeperit furere ante aditionem, non amplius recte adit. fr. 47.

Ὁ παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν δυσὶ διαθήκαις γραφεὶς καὶ ὑπονοῶν τὴν ὑστέραν εἶναι πλαστὴν, ἐξ οὐδετέρας κληρονομεῖ. fr. 51 pr.

Qui ab eodem in duobus testamentis heres scriptus est et suspicatur posterius esse falsum, ex neutro adire potest. fr. 51 pr.

Ὁ εἰς μέρος χωρὶς αἱρέσεως καὶ εἰς μέρος ὑπὸ αἵρεσιν γραφεὶς κληρονόμος, ἐὰν μόνος ἐστὶ καὶ μήτε ὑποκατάστατον ἔχῃ κληρονομῶν καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως εἰς ὁλόκληρον γίνεται κληρονόμος. fr. 52. § 1.

Qui ex parte sine condicione, ex parte sub condicione scriptus sit heres, si solus est neque substitutum habet, adeundo etiam ante eventum condicionis in solidum fit heres. fr. 52. § 1.

Ἐάν τις εἰς μέρος χωρὶς αἱρέσεως καὶ εἰς μέρος ὑπὸ αἵρεσιν γραφῇ καὶ τὴν χωρὶς αἱρέσεως κληρονομήσας ἀποθάνῃ, καὶ τὸ ἄλλο μέρος τῆς αἱρέσεως ἐξιούσης οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ λαμβάνουσιν. fr. 53 pr.

Si quis ex parte sine condicione, ex parte sub condicione scriptus sit, et ex ea parte, in quam sine condicione vocatus est, cum adiisset decesserit, etiam alteram partem, existente condicione, heredes eius accipiunt. fr. 53 pr.

μδ'. Ὁ δοῦλος ἐν μέρει γραφεὶς παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ πρὸ τῆς ὑπεισελεύσεως τοῦ συγκληρονόμου γίνεται ἀναγκαῖος· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ συγκληρονόμου ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὴν ἐλευθερίαν, εἰ μὴ ὑπὸ αἵρεσιν ἐγράφη, τὴν „ὅτε ἄλλος κληρονομήσει". fr. 58.

Servus ex parte a domino scriptus etiam antequam coheres adierit necessarius (heres) fit; non enim a coherede, sed a semetipso accipit libertatem, nisi sub condicione institutus sit „cum alter heres factus fuerit". fr. 58.

μς'. Ἐὰν ὁ πηρ γράψῃ τὸν αὐτεξούσιον καὶ ὑποκαταστήσῃ αὐτῷ, ὁ δὲ διακατοχὴν ὡς παραφοροῦντος αὐτοῦ αἰτήσῃ καὶ εὑρεθῇ νήφων, χώρα τῇ ὑποκαταστάσει. fr. 60.

Si pater filium emancipatum heredem instituat eique substituat, isque possessionem petat tanquam demens pater fuisset et inveniatur sanus, locus est substitutioni. fr. 60.

Ὁ ὑπὸ αἵρεσιν ὅρκου γραφεὶς κληρονόμος ἐὰν ὡς κληρονόμος ὁμόσῃ, δοκεῖ ἐγχειρίζειν τὴν κληρονομίαν. fr. 62 pr.

Qui sub iurisiurandi condicione scriptus est, si tanquam heres iuraverit, videtur pro herede gerere. fr. 62.

Ἐκ διαθήκης ὁ μαινόμενος ἐξωτικῷ κληρονόμος οὐ γίνεται, εἰ μὴ διὰ τῶν ὑπεξουσίων
fol. 70v. αὐτοῦ γραφομένων· γίνεται δὲ ἀναγκαῖος κληρονόμος πατρὶ καὶ δεσπότῃ: — fr. 63.

Ex testamento furiosus extraneo heres non fit, nisi per eos qui in potestate eius sunt institutos: fit autem necessarius heres patri et domino. fr. 63.

νδ'.[1] Ἕως οὗ ὁ γεγραμμένος κληρονόμος ἀπείπῃ, οὐ δύναται ἐξ ἀδιαθέτου ἀπολέγειν· ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμφωτέρωθεν καλούμενος εἴπῃ μηδετέραν καταδέχεσθαι, νέμονται τὰ πράγματα οἱ δανεισταί. fr. 70. § 1. 2.

Donec heres scriptus renuntiaverit, non potest legitimus [heres] repudiare; quod si idem utrinque vocatus dicat neutram (hereditatem) accipere, possident bona creditores. fr. 70. § 1.

Ἐὰν ἀλλότριον δοῦλον ἀγοράσω παρὰ τῶν πολεμίων καὶ σὺν ἐλευθερίᾳ αὐτὸν γράψω κληρονόμον, ἀναγκαῖος κληρονόμος γίνεται καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος οὐκ ἀποδίδοται τῷ πρώην δεσπότῃ· ὑπόκειται μέντοι αὐτῷ ἕως οὗ παράσχῃ τὸ ἴδιον τίμημα.[2] fr. 71 pr.

Si alienum servum emero ab hostibus et cum libertate eum heredem scripsero, necessarius heres fit et hoc casu non restituitur anteriori domino; subicitur enim ei, donec praestet pretium suum. fr. 71 pr.

Ὁ ὑπεξούσιος ἀποκλέψας τι τῆς κληρονομίας ἢ πρὸς τὴν κληρονομίαν φερόμενον ἢ κρύψας ἢ δαπανήσας ἢ διαφθείρας ἢ παρ' ἑτέρου γενέσθαι ταῦτα σπουδάσας οὐ δύναται τῆς κληρονομίας

Suus heres si amoverit quid ex hereditate vel ad hereditatem spectans vel celaverit vel consumpserit vel corruperit vel per alium haec fieri curaverit, non potest hereditate abstinere. [fr. 71. § 5—7.]

[1] Cod. ωδ' verisimilius pro ηδ' (ex *NΔ*). [2] simil. Syn.

ἀποστῆναι. [fr. 71. § 5—7.] ὁ δὲ μὴ κακοθελῶς ταῦτα ποιῶν ἢ νομίζων μὴ εἶναι τὸ πρᾶγμα κληρονομιαῖον, οὐκ ἀπόλλυσι τὸ δίκαιον τῆς ἀποστάσεως.[1] εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ ἀποστῆναί τι τούτων ἐποίησεν, οὐχ ὑπόκειται μὲν ὡς κληρονόμος, ἔχουσι δὲ κατ' αὐτοῦ τὴν περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγὴν οἱ δανεισταί.[2] fr. 71. § 8. 9.

Sin autem non malo animo id fecerit, vel putans non esse rem hereditariam, non amittit ius abstinendi. Et si postquam abstinuisset quid eiusmodi fecerit, non tenetur quasi heres, sed contra eum habent furti actionem in duplum creditores. fr. 71. § 8. 9.

Ἐὰν γράψω σε κληρονόμον εἰπὼν „ἐὰν μὴ κληρονομήσῃς εἴσω τοῦδε τοῦ χρόνου ἔστω ὁ δεῖνα κληρονόμος" καὶ ἀποθάνῃς μὴ κληρονομήσας, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ ὑποκατάστατος περιμεῖναι τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου. fr. 72.

Si te heredem scripsero his verbis „nisi heres factus fueris intra id tempus, ille heres esto" et decesseris antequam adieris, non cogitur substitutus expectare reliquum tempus. fr. 72.

νς'. Ὁ γραφεὶς κληρονόμος εἰς τὸ ἥμισυ ἐὰν κατὰ πλάνην κληρονομήσῃ εἰς τέταρτον, οὐδὲν ἔπραξεν. fr. 75.

Qui ex semisse heres scriptus est, si per errorem ex quadrante adierit, nihil egit. fr. 75.

ξβ'. Ἐὰν ὑποκαταστὰς ἑτέρῳ ὁ ἔνστατος καὶ τὴν ἰδίαν κληρονομήσας ἔνστασιν ἀποθάνῃ πρὶν ἢ ἁρμόσῃ ἡ ὑποκατάστασις, οὐ παραπέμπει αὐτὴν κληρονόμοις. fr. 82.

Si alteri substitutus institutus ex propria institutione adiit et mortuus est antequam locus foret substitutioni, hanc heredibus non transmittit. fr. 82.

Ἐάν τις εὐλόγως ἀπολιμπανόμενος κληθῇ εἰς κληρονομίαν καὶ μὴ γνοὺς μηδὲ κληρονομήσας τελευτήσῃ, βοηθοῦνται οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ διὰ ἀποκαταστάσεως· οὔτε γὰρ δύναται δεκτὴν ἡγεῖσθαι αὐτοῦ ὑπὸ προκουράτορος αἰτηθεῖσαν διακατοχήν. fr. 86 pr.

Si quis iusta ex causa absens vocatus sit ad hereditatem et nesciens non adierit mortuusque sit, adiuvantur heredes eius per restitutionem; nec enim potest rata haberi eius per procuratorem petita possessio bonorum. fr. 86 pr.

Ἀφιστάμενοι οἱ ἄνηβοι κληρονομίας καὶ τὰς ἀγωγὰς ἃς

Impuberes ab hereditate abstinentes et actiones, quas

[1] ἀποκαταστάσεως Cod. [2] δ | νάσται Cod.

περὶ ἐπερωτήσεων ἔξω δικαστηρίου γενομένων καὶ περὶ προστίμων τῶν ἀπὸ ἀρχόντων.

α'. Ἐπερώτησις οὐ συνίσταται, εἰ μὴ ἑκατέρου λαλοῦντος, ὅθεν οὔτε κωφὸς οὔτε ἄλαλος οὔτε ἑπταετὴς οὔτε ὁ ἀπὼν ἐπερωτᾶν δύναται, εἰ μὴ διὰ δούλων παρόντων καὶ ὁ θέλων ἐν ἀπουσίᾳ γίνεσθαι ἔνοχος: — fr. 1 pr. D. 45, 1.

Κελεύει τῷ δούλῳ καὶ ἐνέχεται ὡς κελεύσας: — fr. 1 pr.[1]

Ἐὰν ὁ ἐπερωτήσας διπλοῦν ἀποθάνῃ, ἕκαστος τῶν αὐτοῦ κληρονόμων πρὸς τὸ ἴδιον μέρος ἔχει τὴν ἐπερώτησιν. ταῦτα καὶ ἐπὶ τῆς τῶν καρπῶν ἀγωγῆς καὶ τῆς περὶ μελλούσης ζημίας καὶ τῆς περὶ καινοτομίας. αὐτὰ μέντοι ἐπερωτώμενοι οὔτε ἀποκαθιστᾶν ἐκ μέρους τὴν καινοτομίαν οὔτε διεκδικεῖσθαι δύναται ἐν μέρει: — fr. 4. § 2.

Ἐπερώτησίς ἐστι συνθήκη ῥημάτων, δι' ὧν ἀποπρίνεταί τις πρὸς τὴν ἐ[πε]ρώτησιν ποιεῖν τι ἢ διδόναι.[2] τῶν ἐπερωτήσεων ἡ μὲν ἐνοχοποιεῖ τὸν ὁμολογοῦντα, ὥστε καὶ ἄλλους δοῦναι τὸ αὐτὸ προσομολογοῦντας, οὓς θέλει ὁ ἐπερωτῶν, ἡ δὲ ποιεῖ τὸ ἀρέσκον τῷ λαμβάνοντι.[3] fr. 5. § 1. 2.

SATISACCEPTION[4] ἐστὶν ἐπερώτησις ἡ ἐνεχυράζουσα τὸν ὁμολογοῦντα ὥστε καὶ ἄλλους δοῦναι τὸ αὐτὸ προσομολογούντας· ὥσπερ γὰρ SATISFACTON λέγομεν τῷ ἀρεσαμένῳ λαβεῖν τι, οὕτως SATISACCEPTON τὸ λαβεῖν αὐτὸν οὓς θέλει ἐπερωτωμένους: — fr. 5. § 3.

ζ'. Ἡ ἀδύνατος αἵρεσις εἰς μὲν τὸ ποιητὸν συγκειμένη ἀκυροῖ τὴν ἐπερώτησιν, εἰς δὲ τὸ μὴ ποιητὸν οὐκ ἀκυροῖ. ἀλλὰ καὶ χωρὶς αἱρέσεως ἐστὶν ὡς ὅταν εἴπῃ· ἐὰν μὴ ἅψωμαι τοῦ οὐρανοῦ: — fr. 7.

Ὁ παῖς τοῦ αἰχμαλώτου ἐν πολιτείᾳ ἐπερωτῶν ὑποστρέφοντι αὐτῷ προσπορίζει. ὁ ἐπερωτῶν πέντε νομμ[ι] ἢ δέκα ἐπὶ τὰ πέντε ἔχει τὴν ἀγωγήν. καὶ ὁ ἐπερωτῶν ἰανουαρίῳ ἢ φεβρου(α)ρίῳ, τῷ φεβρου(α)ρίῳ δοκεῖ ἐπερωτᾶν: — fr. 11. 12.

ις'. Ἐὰν χρεωστῇς μοι πέτρον ἢ παῦλον [καὶ] ὁ εἷς ἐξ ἑτέρας αἰτίας ἐμὸς γίνεται, (καὶ) χρεωστεῖταί μοι ὁ ἄλλος. fr. 16 pr.

[1] Ita cod. Sed interpungendum est post παρόντων. Cf. latinam versionem necnon Digestorum textum.
[2] Hucusq. Syn. [3] locus corruptus. Quaedam initio exciderunt. [4] In cod. SATISACERTIOν (male enim graeci P latinum cum ϱ graeco confundunt). Legendum: satisacceptiων.

LIBER XLIII, TITULUS I

de stipulationibus extra iudicium factis et de multis a magistratibus irrogatis.

Stipulatio non consistit, nisi utroque loquente, quare neque surdus neque mutus neque septennis neque absens stipulari potest, nisi per servos praesentes. Et qui vult in absentia obligari iubet servo et tenetur utpote qui iussit: — fr. 1 pr. D. 45, 1.

Si is qui duplam stipulatus est decesserit, unusquisque ex heredibus eius pro parte sua habet actionem ex stipulatu. haec (servantur) et in actione ex stipulatione fructuaria et damni infecti et ex operis novi nuntiatione. Qui vero haec promiserunt neque opus pro parte restituere neque pro parte defendi possunt. fr. 4. § 2.

Stipulatio est conceptio verborum, per quae respondet aliquis ad interrogationem faciendi quid vel dandi. stipulationum altera obligat promissorem ut alios det qui idem adpromittant, quos velit stipulator, altera satisfacit ei qui accipit. fr. 5. § 1. 2.

Satis acceptio est stipulatio quae promissorem obligat, ut et alios det adpromissores; sicut enim satisfactum dicimus ei qui id accipit, quo sit contentus, ita satis acceptum, cum ei dantur quos vult promissores. fr. 5. § 3.

Impossibilis condicio in faciendum quidem concepta stipulationem infirmat; in non faciendum vero (concepta) non infirmat; immo non est condicionalis (stipulatio), si quis dicat: si caelum non attigero. fr. 7.

Filius eius, qui ab hostibus est captus, si dum est in civitate stipulatur, ei revertenti adquirit. Qui stipulatur quinque aureos vel decem, quinque petere potest. Et qui stipulatur ianuario vel februario, februario stipulari videtur. fr. 11. 12.

Si Petrum et Paulum mihi debeas [et] alter ex alia causa meus fiat, alter mihi debetur. fr. 16 pr.

ιζ'. Ἐπερώτησις τῆς προαιρέσεως ἠρτημένη τοῦ ὁμολογοῦντος οὐκ ἔρρωται: —[1] fr. 17.

Stipulatio, quae a promissoris arbitrio pendet, non valet. fr. 17.

ιη'. Ὁ δεύτερον τὸ αὐτὸ ὁμολογῶν ἅπαξ μόνον ἐνέχεται: — fr. 18.

Qui bis idem promittit semel tantum tenetur. fr. 18.

κβ'. Ἐὰν χαλκὸν ἐπερωτήσω σε νομίζων αὐτὸν χρυσὸν εἶναι, ἔρρωται ἐπὶ τῷ χαλκῷ ἡ ἐπερώτησις, ἔχω δὲ κατά σου τὴν περὶ δόλου ἀγωγὴν, ἐὰν ἐν εἰδήσει ἀπατήσῃς: — fr. 22.

Si aes de te fuero stipulatus putans id aurum esse, valet aeris nomine stipulatio; habeo vero contra te de dolo actionem, si sciens deceperis. fr. 22.

κε'. Καλῶς ἐπερωτῶ τὸ χρεωστούμενόν μοι ἐξ
fol. 55r. ἑτέρας ἐπερωτήσεως ἐκβαλλομένης παραγραφῇ: — fr. 25.

Recte stipulor quod mihi ex alia stipulatione debetur, quae potest exceptione excludi. fr. 25.

κς'. Αἱ αἰσχραὶ ἐπερωτήσεις ἀνίσχυροί εἰσιν, ὡς ὅταν τις ὁμολογῇ φόνον ποιεῖν ἢ ἱεροσυλίαν· οὔτε γὰρ ἀγωγὴ ἐκ τῶν τοιούτων ἀρμόζει.[2] fr. 26. 27.

Turpes stipulationes inutiles sunt, veluti si quis promittat homicidium se facturum vel sacrilegium: neque enim actio ex eiusmodi [stipulationibus] competit. fr. 26. 27.

κη'. Ὁ ἐπερωτῶν παραδοθῆναι αὐτῷ πρᾶγμα οὐ τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ τὴν παράδοσιν δοκεῖ ἐπερωτᾶν. fr. 28 ibid.

Qui rem sibi tradi stipulatur non proprietatem sed traditionem videtur in stipulationem deducere. fr. 28.

λβ'. Ἐὰν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ δούλου, περὶ οὗ ἐπερωτῶμεν, πλανώμεθα, περὶ δὲ τὸ σῶμα συναινῶμεν, ἔρρωται ἡ ἐ[πε]ρώτησις. fr. 32 ib.

Si circa nomen servi, de quo stipulamur, erremus, circa autem corpus consentiamus, valet stipulatio. fr. 32.

λγ'. Ὁμολογῶν δοῦναι πέτρον ἐν δήλῃ ἡμέρᾳ, ἀποθνήσκοντος αὐτοῦ πρὸ τῆς ἡμέρας, οὐκ ἐνέχεται. fr. 33 ib.

Qui promittit dare Petrum certa die, mortuo eo ante diem, non tenetur. fr. 33.

Ἐὰν ἐπερωτήσω γενέσθαι[3] τὸ κατὰ φύσιν μὴ δυνάμενον γενέσθαι, ἄχρηστος ἡ ἐπερώτησις, ὥςπερ ὅτε ἐπερωτῶ τὸ μὴ δυνάμενον δοθῆναι εἰ μὴ ἄρα παρὰ τὸν ἐπερωτηθέντα γέγονε τὸ μὴ δυνηθῆναι δοῦναι. Εἰ δὲ καὶ ὁ νόμος κωλύει γενέσθαι τὸ ἐπερωτηθὲν, ἄχρηστος ἡ ἐπερώτησις, ὡς ὅταν ὁμολογήσω γαμῆσαι τὴν ἀδελφήν μου.[4] fr. 35 pr. § 1.

Si stipulatus fuerim fieri id quod natura non potest fieri, inutilis [est] stipulatio; veluti cum stipuler [dari] id quod non potest dari, nisi forte propter reum promittendi factum est ut non possit dari. Et si lex vetet fieri id quod in stipulationem deductum est, inutilis [est] stipulatio, veluti cum promittam ducturum sororem meam. fr. 35 pr. § 1.

λθ'. Ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις τὴν ἐπερώτησιν κατὰ τοῦ ἐπερωτήσαντος ἑρμηνεύομεν.[5] ἐὰν ἐγὼ ἐπερωτήσω δέκα ἐμοὶ καὶ δέκα πέτρῳ δοῦναι, τὰ αὐτὰ τὰ δέκα δοκῶ ἐπερωτηκέναι. fr. 38. § 18. 19.

In dubiis stipulationem contra reum stipulandi interpretamur. si stipulatus fuero mihi decem et Petro decem dari, eadem decem videor stipulatus esse. fr. 38. § 18. 19.

Ἐὰν δούλῳ μου ἢ υἱῷ μου ὑπεξουσίῳ ἐπερωτήσω, ἐμοὶ προσπορίζομαι. fr. 39.

Si servo meo aut filio meo, qui in potestate mea est, stipulatus ero, mihi adquiro. fr. 39.

μ'. Καὶ ὁ υἱός μου ἐπερωτῶν τὸν δοῦλόν μου ἐμοὶ προσπορίζει. fr. 40.

Et filius meus interrogans servum meum mihi adquirit. fr. 40.

μβ'. Ὁ ἐπερωτῶν αὐτῷ δοθῆναι ἐν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ οὐ δύναται κινεῖν πρὸ συμπληρώσεως τοῦ ἐνιαυτοῦ· τὸ αὐτὸ καὶ περὶ μηνός. fr. 42.

Qui stipulatur sibi dari hoc anno non potest agere antequam compleatur annus. idem et de mense. fr. 42.

Καλῶς ἐπερωτῶ μετὰ θάνατόν μου δοθῆναι τῇ θυγατρί μου, καὶ κἂν μὴ κληρονομήσῃ — — ἔχει ἀγωγήν. καλῶς δὲ καὶ μετὰ θάνατον τῆς θυγατρός μου ἐπερωτῶ δοθῆναί μοι. fr. 45. § 2.

Recte stipulor post mortem meam dari filiae meae et quamvis heres non fiat [utilem] habet actionem. Recte quoque post mortem filiae mea stipulor dari mihi. fr. 45. § 2.

---

[1] Habet Syn. [2] hucusque Syn., ubi deest γὰρ.
[3] deest in Syn. hoc verbum. [4] haec habet Syn.
[5] hucusq. Syn.

Ἴση ἐστὶν ἡ ἐπερώτησις τόδ' εἰπεῖν ὅτε ἀποθάνῃ καὶ ἐὰν ἀποθάνῃ. fr. 45. § 3.

Aequalis est stipulatio [sive] dicatur cum morietur [sive] et si morietur. fr. 45. § 3.

μθ'. Ἐὰν ἀλλότριον δοῦλον ὁμολογήσω δοῦναι καὶ ἐλευθερωθῇ, οὐκ ἐνέχομαι· ἀρκεῖ γάρ μοι τὸ ἀπηλλάχθαι δόλου καὶ ῥαθυμίας: — fr. 51.

Si alienum servum promisero dare et manumissus fuerit, non tenebor. sufficit enim me doli et culpae esse expertem. fr. 51.

Ἐὰν τὸν αὐτὸν δοῦλον σὺ μὲν χωρὶς αἱρήσεως, ἄλλος δὲ ὑπὸ αἵρεσιν ὁμολογήσῃ μοι καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαί σε ὑπέρθεσιν ἀποθάνῃ πρὸ ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως, σὺ μόνος ἐνέχῃ· οὐ μὴν ὁ ἄλλος, οὐδὲ τῆς αἱρέσεως ἐξιούσης· εἰ δὲ μὴ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἐποίησα ἀποχὴν, ἐνέχεται ὁ ἄλλος μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως. fr. 56. § 8.

Si eundem servum tu sine condicione alius vero sub condicionem promiserit mihi [dare] et post moram a te factam [is] mortuus fuerit antequam condicio existeret, tu solus teneris, non vero alius, ne condicione quidem existente. Si vero non est mortuus, sed acceptum feci, tenetur alius postquam exstiterit condicio. fr. 56. § 8.

νθ'. Ὅτε ἐπερωτηθῶ ἔλαιον ὑπὸ ἡμέραν ἢ ὑπὸ αἵρεσιν, τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἀρμόζει ἡ ἀπαίτησις τὴν διατίμησιν δίδωμι. fr. 59.

Cum promisero oleum in diem vel sub condicionem, [eius] temporis, quo competit petitio, aestimationem dabo. fr. 59.

ξ'. Ὁ ἥττων τῶν εἴκοσι ἐτῶν οὐ καλῶς ἐπερωτᾷ
fol. 55v. τὸν ἴδιον χρεώστην ἐλευθερῶσαι δοῦλον αὐτοῦ. ὁ μέντοι ὢν εἴκοσι ἐτῶν δύναται: — fr. 66. D. 45, 1.

Minor viginti annorum non recte interrogat suum debitorem ut manumittat servum suum. Qui vero viginti annorum est potest. fr. 66. D. 45, 1.

οθ'. Τῶν ἐπερωτήσεων αἱ μέν εἰσι φανεραὶ, αἱ δὲ ἀφανεῖς. φανεραί εἰσιν αἱ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐκφωνήσεως ἔχουσαι δῆλον καὶ τί καὶ ποῖον καὶ πόσον, ὡς νομίσματα δέκα καὶ ἀγρὸν κορνηλιανὸν καὶ δοῦλον πέτρον[1] καὶ σίτου ἀφρικοῦ καλλίστου μοδίους ἕκατον καὶ οἴνου καμπάνου ἀρίστου κεράμους ἕκατον. fr. 74.

Stipulationum quaedam sunt certae, quaedam incertae. Certae sunt quae ex ipsa pronuntiatione manifestum habent et quid et quale et quantum [debeatur]; veluti solidi decem, et ager cornelianus et servus Petrus et tritici africani optimi modii centum et vini campani optimi amphorae centum. fr. 74.

οι'. Αἱ δὲ μὴ τοιαῦται ἀφανεῖς εἰσὶν καὶ ὁ ἐπερωτῶν σίτου καλοῦ ἀφροῦ ἢ οἴνου καμπάνου ἕκατον κεράμους ἀδήλως ἤγουν ἀφανῶς ἐπερωτᾷ ἐπειδὴ ἡ ποιότης ἀπορεῖται: — fr. 75 pr.

Quae non sunt eiusmodi, incertae sunt et qui stipulatur frumenti africani boni vel campani vini centum amphoras incerte, hoc est non manifeste, stipulatur, quoniam qualitas in dubio est. fr. 75 pr.

Ὁ δὲ ἐπερωτῶν κάλλιστον φανερῶς ἐπερωτᾷ· ἐκεῖνο γὰρ δηλοῖ, οὗτινος οὐκ ἔστι κρεῖττον. fr. 75. § 2.

Qui vero stipulatur optimum certum stipulatur illud enim significat, quo non est melius. fr. 75. § 2.

Οὐ περιέχονται τῇ ἐπερωτήσει τοῦ ἀγροῦ οἱ ὄντες ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπερωτήσεως καρποί. fr. 78. § 1.

Stipulatione fundi non continentur fructus tempore stipulationis exstantes. fr. 78. § 1.

Οὔτε ἱερὸν οὔτε μνημείου πρᾶγμα οὔτε τὸ διηνεκῶς τῇ δημοσίᾳ χρήσει ἀφορισθὲν ἐπερωτᾶν δύναμαι οὔτε τὸν ἐλεύθερον ἄνθρωπον, κἂν εἰ δύναται δοῦλος ὁ ἐλεύθερος γενέσθαι καὶ ὁ ἱερὸς ἢ ὁ δημόσιος ἰδιωτικός.[2] fr. 82. § 5.

Neque rem sacram neque religiosam neque perpetuo publico usui inservientem [dari] stipulari possum neque liberum hominem, quamvis possit liber servus fieri et res sacra vel publica privata. fr. 82. § 5.

Ἐὰν τὸν ἤδη ἀποθανόντα δοῦλον ἐπερωτήσω λαβεῖν ἀπὸ τοῦ κλέπτου ἢ τοῦ ὑπέρθεσιν ποιήσαντος, ἔρρωται ἡ ἐπερώτησις· ἐξ ἑτέρας δὲ αἰτίας ἀνισχύρως ἐπερωτῶ τὸν τελευτήσαντα ἤδη. fr. 83. § 7.

Si iam defunctum servum stipulatus fuero accipere a fure vel ab eo qui moram fecit, valet stipulatio: ex alia vero causa inutiliter stipulor eum [dari] qui iam mortuus est. fr. 83. § 7.

Ὁ δούλην ἔγκυον ὁμολογῶν παριστᾶν καλῶς αὐτὴν καὶ χωρὶς τοῦ τοκετοῦ παρίστησιν. fr. 83. § 8.

Qui ancillam praegnatem promittit sistere, recte eam et sine partu sistit. fr. 83. § 8.

Ἐρρωμένως γυνὴ τὸν ἄνδρα ποινὴν ἐπερωτᾷ ἐὰν συγκοιτασθῇ τῇ παλλακίδι αὐτοῦ. fr. 121. § 1.

Utiliter uxor a viro poenam stipulatur si concubuerit concubinae suae. fr. 121. § 1.

[1] Hucusq. ex scholiis Basil. F. Hb. Bals. ad *Nomoc.* 2, 1 (Voell. II, 877).

[2] Hucusq.

Ἐὰν ἐπερωτηθῶ μὴ ποιεῖν δόλον καὶ ποιήσω, ἐνέχονται οἱ κληρονόμοι ὥςπερ τοῦ ἐν χρήσει διδομένου καὶ τῆς παραθήκης. fr. 121. § 3.

[Ἀνηβο]ς χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου δοῦλον ὁμολογήσας ἐγγυητὴν δέδωκε καὶ τοῦ ἀνήβου ὑπέρθεσιν ποιήσαντος, ὁ δοῦλος ἀπέθανεν· οὐκ ἐνέχεται ὁ ἐγγυητὴς οὔτε ὁ ἀφῆλιξ. ὑπέρθεσιν γὰρ ἀφῆλιξ οὐ δοκεῖ ποιεῖν, ὃς οὐδὲ ἐνάγεσθαι δύναται.[1] ζῶντος δὲ τοῦ δούλου, ἐνάγεται ὁ ἐγγυητής. fr. 127.

Ἐὰν ὑπεξούσιος μέλλων δανείζειν λάβῃ ἐγγυητὴν καὶ μετὰ αὐτεξουσιότητα δανείσῃ, οὔτε ὁ δανεισάμενος οὔτε ὁ ἐγγυητὴς τῷ πρι ἐνέχεται. fr. 132. § 1.

Οὐ καλῶς ἐπερωτῶ τινα ποινὴν ἐκ τοῦ μὴ γαμηθῆναί μοι, οὔτε μὴν τὴν ἤδη γαμηθεῖσάν μοι ἐπερωτᾶν δύναμαι ποινήν, εἰ λύσει τὸν γάμον· τὰ αὐτὰ καὶ περὶ γυναικὸς ἐπερωτώσης τὸν ἄνδρα.[2] fr. 134 pr.

Ἡνίκα ὁμολογία μεταξὺ παρόντων γράφεται, *fol. 31r.* πιστεύεται ἡγεῖσθαι ἡ ἐπερώτησις, κἂν μὴ ἔγκειται: —[3] fr. 134. § 2. D. 45, 1.

Ἐὰν δοῦλον ἐπερωτήσω σε καὶ σὺ ὁμολογῶν διδόναι ἐν Ἐφέσῳ χρόνῳ δηλ — — — — — — — — — — — — — — — — — τὴν ποιότητα καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἐπερωτηθέντος καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ διάστημα — — — — χρόνον εὑρεθῇ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ· καὶ τὸ ῥητῶς γὰρ ὑπὸ ἡμέραν ἐπερωτηθὲν καλῶς πρὸ τῆς ἡμέρας καταβάλλεται, εἰ καὶ ἀπαιτεῖσθαι οὐ δύναται· εἰ δὲ συντομώτερον ἔλθῃ εἰς Ἔφεσον, εὐθέως ἐνέχεται: — fr. 137. § 2.

Ὁ ὁμολογήσας ἐν τῇδε διδόναι τῇ ἀτελείᾳ εἰ μὴ πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτῆς παρέλθωσιν, ἐνέχεται: — fr. 138 pr.

Ὅτε κινεῖται ἡ τοῦ διπλοῦ περὶ τῆς ἐπερωτήσεως κατὰ τῶν κληρονόμων τοῦ πρατοῦ, πάντες εἰς τὸν ὁλόκληρον ἐνάγονται καὶ πάντες εἰς ὁλόκληρον ὤφελον διεκδικεῖν. καὶ τοῦ ἑνὸς μὴ διεκδικοῦντος — — — — — — — ἐστὶ γὰρ ἀδιαίρετος ἡ διεκδίκησις· ἡ δὲ καταβολὴ ὑπὲρ τοῦ μέρους γίνεται: — fr. 139.

Si promisero dolum non facturum et fecero tenentur heredes, sicuti in commodato et in deposito. fr. 121. § 3.

Pupillus sine tutore servum [dari] cum promisisset, fideiussorem dedit et, pupillo moram faciente, servus mortuus est: non tenetur fideiussor neque pupillus. moram enim pupillus facere non videtur, qui neque conveniri potest. vivo autem servo, convenitur fideiussor. fr. 127.

Si filiusfamilias mutuum daturus acceperit fideiussorem et post emancipationem dederit, neque mutuum accipiens neque fideiussor patri tenentur. fr. 132. § 1.

Non recte stipulor ab aliqua poenam [dari] si mihi non nupserit, neque ab ea quae mihi nupta sit stipulari possum poenam [dari] si solverit matrimonium. eadem [dicantur] et de muliere quae a viro stipulatur. fr. 134.

Quando cautio inter praesentes scribitur, creditur praecessisse stipulatio, quamvis non sit inserta. fr. 134. § 2. D. 45, 1.

Si servum [dari] a te stipulatus fuero tuque promittens Epheso dari tempore — — — — — — — — — — — — — — qualitatem et naturam rei promissae et tempus et distantiam — — — — — — — — — — — — — — nam et quod expresse in diem est promissum recte ante diem solvitur, quamvis peti non possit: quod si celerius Ephesum perveniat, statim tenetur. fr. 137. § 2.

Qui nundinarum tempore dare promisit, nisi omnes earum dies praeterierint, tenetur. fr. 138 pr.

Quum actio dupli ex stipulatione exercetur adversus heredes venditoris, omnes in solidum conveniuntur et omnes in solidum debent defendere; uno vero non defendente — — — — est enim indivisa defensio; solutio autem pro parte fit. fr. 139.

B. μϐ'. τ. ω Διγ/ τ. β'.

ΤΙΤΛΟΣ Β', ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΓ'

περὶ δύο ἐνεχομένων παρ' ἑαυτῶν ἀποκαθισταμένων.

TITULUS II, LIBRI XLIII

de duobus reis.

l. 45. Dig. t. 2.

α'. Ὁ ἐπερωτῶν ἔνοχος ἐπερωτῶν λέγεται, καὶ ὁ ἐπερωτώμενος ἔνοχος ἐπερωτώμενος. fr. 1. D. 45, 2.

Qui stipulatur reus stipulandi dicitur, qui promittit reus promittendi. fr. 1. D. 45, 2.

β'. Ὅταν δύο τὴν αὐτὴν ὁμολογῶσιν ἢ ἐπερωτήσωσι ποσότητα, ἕκαστος αὐτῶν εἰς ὁλόκληρον χρεωστεῖ καὶ ἕκαστος εἰς ὁλόκληρον χρεωστεῖται, ὅθεν τῇ τοῦ ἑνὸς ἀπαιτήσει ἢ καταβολῇ ἑκάστου ἡ ἐνοχὴ λύεται. fr. 2.

Cum duo eandem promittant quantitatem vel stipulentur, uterque eorum in solidum tenetur et uterque in solidum creditor est, quare unius petitione vel solutione utriusque solvitur obligatio. fr. 2.

[1] hucusque similiter *Epitome* XIX, 31. [2] *Nomoc.* 13, 4 et Bals. ibid. (Voell. II, 1100). [3] habet Syn.

ς'. *Εἴ τι*[1] *δύο ἐπερωτήσω καὶ μόνον ὁ εἷς ὁμολογήσῃ, αὐτὸς ἐνέχεται, εἴ τι ὁ ἐπερωτηθεὶς παρὰ δύο τῷ ἑνὶ ὁμολογήσῃ, αὐτῷ μόνῳ κατέχεται· δυνάμεθα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν δύο καὶ ἀπὸ τοῦ μόνου ἑνὸς ἐγγύας λαμβάνειν:* — fr. 6. § 1.

Si a duobus quid fuero stipulatus et unus dumtaxat promiserit, ipse tenetur; et si a duobus interrogatus quid uni promiserit, ei soli tenetur; possumus autem et ab utroque et ab alterutro cautiones accipere. fr. 6. § 1.

ιβ'. *Ἐὰν μὴ πρόσκειται τῇ ὁμολογίᾳ τὸ ἕκαστον εἰς ὁλόκληρον ἐνέχεσθαι, οὐ γίνονται δύο ἐναγόμενοι, ἀλλὰ πρὸ* VIRILI PORTIONE[2] *ἐνέχονται.* fr. 11. § 2.

Si non additur promissioni ut quisque in solidum teneatur, non fiunt duo rei promittendi, sed pro virili portione tenentur. fr. 11. § 2.

ιε'. *Οὐ δύναται ὁ ἐναγόμενος μετὰ τὸ ἐναχθῆναι παρὰ τοῦ ἑνὸς τῶν ἐπερωτησάντων τῷ ἑτέρῳ καταβαλεῖν:* — fr. 16.

Non potest is qui convenitur, postquam lis contestata est ab uno reorum stipulandi, alteri solvere. fr. 16.

ις'. *Εἴτε παρὰ πάντων τῶν κληρονόμων ὀνομαστὶ εἴτε παρά τινων εἴτε παρὰ πάντων ὑπεξελών τινας ληγατεύσω, πρὸς τὰ κληρονομαῖα μέρη ἐνέχονται:* — fr. 17.

Sive ab omnibus heredibus, sive a quibusdam, sive ab omnibus excepto aliquo legavero, pro hereditariis partibus tenentur. fr. 17.

ΤΙΤΛΟΣ Γ', ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΓ'

περὶ ἐπερωτήσεων δούλων.

TITULUS III, LIBRI XLIII

de stipulationibus servorum.

α'. *Ἀδιάφορόν ἐστιν εἴτε ἑαυτῷ εἴτε τῷ δεσπότῃ εἴτε ἀπροσώπως ὁ δοῦλος ἐπερωτᾷ.* fr. 1 pr. D. XLV, 3.

Nihil refert sibi, an domino, an vero sine persona servus stipuletur. fr. 1 pr. D. 45, 3.

Ἐὰν ὁ δοῦλός μου ἐπερωτήσῃ δοθῆναι τῷ
fol. 31ᵛ. *συνδούλῳ αὐτοῦ, οὕτως ἐστὶν ὡς ἐμοὶ ἐπερωτήσας:* — fr. 1. § 3.

Si servus meus stipulatur dari conservo suo, perinde est atque si mihi stipuletur: — fr. 1. § 3.

Εἰ δὲ δούλῳ ἀλλοτρίῳ, ἄχρηστος ἡ ἐπερώτησις, ὥςπερ εἰ ὁ δεσπότης αὐτοῦ ἐπερώτησεν. ib.

Si vero servo alieno, inutilis est stipulatio, tanquam si dominus eius fuisset stipulatus. ib.

ιθ'. *Ἐὰν ἀλλότριος δοῦλος ἐμοὶ καί σοι καλῇ πίστει δουλεύσῃ, ὅπερ ἂν ἐκ τῶν ἐμῶν πραγμάτων κτήσηται, ἐμοὶ μόνῳ προσπορίζεται· τὸ γὰρ μὴ ὂν ἐκ τῶν σῶν πραγμάτων σοι προσπορισθῆναι οὐ δύναται. καὶ ἐπὶ τῶν ἀληθῶν δὲ δεσποτῶν τὸ μὴ δυνάμενον*[3] *ἑνὶ προσπορισθῆναι τῷ ἑτέρῳ προσπορίζεται.* fr. 29 ib.

Si alienus servus mihi et tibi bona fide serviat, quidquid ex mea re adquirit mihi soli adquirit; id enim quod non est ex rebus tuis non potest tibi adquiri. et in veris dominis quidquid uni adquiri non potest alteri adquiritur. fr. 29 ib.

λα'. *Ὁ κληρονομιαῖος δοῦλος καὶ τῇ κληρονομίᾳ καὶ τῷ ἐσομένῳ κληρονόμῳ καλῶς ἐπερωτᾷ.* fr. 35 ib.

Hereditarius servus et hereditati et futuro heredi recte stipulatur. fr. 35.

Ὁ μέντοι κληρονομιαῖος δοῦλος οὐκ ἐστὶν ἀπρομήθευτος· κατέχεται γὰρ τῷ παντὶ δικαίῳ τῆς κληρονομίας: — fr. 36 ib.

Hereditarius ergo servus non est pro derelicto: continetur enim universo iure hereditatis. fr. 36.

Ὁ δοῦλός μου ἀχρήστως ἐπερωτᾷ τὸν ἀπελεύθερόν μου διδόναι αὐτῷ ὑπηρεσίας. εἰ μέντοι μὴ προσθήσῃ τὸ „ἑαυτῷ“ ἀλλὰ ἀπροσώπως ἐπερωτήσῃ, ἔρρωται: — fr. 38 ib.

Servus meus inutiliter stipulatur a liberto meo sibi dari operas. Quod si [verbum] „sibi“ non adiecerit, sed impersonaliter fuerit stipulatus, valet [stipulatio]. fr. 38.

B. μς' ϖ τ
Διγ. τ ε'.

ΤΙΤΛΟΣ Δ', ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΓ'

περὶ ἐπερωτήσεων πραιτωρίων.

TITULUS IV, LIBRI XLIII

de stipulationibus praetoriis.

L 46.
Dig. lib. 3

α'. *Τῶν πραιτωρίων ἐπερωτήσεων τρία εἰσὶν εἴδη· ἢ γὰρ δικαστικαί*[4] *εἰσιν, ὡς ἡ ἀπὸ κρίσεως ἱκανοδοσία καὶ ἡ περὶ καινοτομίας ἢ καυτιονιλίαι, ἐξ ὧν ἀγωγὴ καινὴ τίκτεται, ὡς ἡ περὶ*

Praetoriarum stipulationum tres species sunt; aut enim iudiciales sunt, veluti ex sententia satisdatio et de novo opere aut cautionales, ex quibus nova actio oritur, sicut legatorum et de tutela

[1] *Εἴτε* cod. [2] PORTION cod. [3] *τοῦ μὴ δ—ένου* cod.
[4] dubia lectio.

τῶν ληγάτων καὶ τῆς ἐπιτροπῆς ἐπερώτησις καὶ ἡ περὶ ἐγγυῆς καὶ ἡ περὶ μελλούσης ζημίας, ἢ κοιναὶ ὡς ἐπὶ τοῦ παραστῆναι δικαστηρίῳ: — Πᾶσα δὲ ἐπερώτησις κατ' οἰκείαν φύσιν καυτιοναλία ἐστὶ διὰ τὸ περιποιεῖν τὸ ἀσφαλές.

fr. 1 pr. — § 4. D. 46, 5.

ζ'. Αἱ πραιτώριαι ἐπερωτήσεις ἐγγύας ἀπαιτοῦσιν, οὐ μὴν ἐνέχυρα οὔτε ἀργύριον ἢ χρυσίον παρατίθεσθαι ἐν τάξει ἀσφαλείας. fr. 7 ib.

ϑ'. Ἐὰν ὁ πραίτωρ εἴς τινα χρόνον ὁρίσας τὴν ἀσφάλειαν ὕστερον εἰς μακροτέραν αὐτὴν ἐκτείνῃ προθεσμίαν, οἱ ἐκ τῆς πρώτης ἐπερωτήσεως ἐνεχόμενοι ἔχουσι παραγραφήν. fr. 10 ib.

ι'. Ἐπὶ τῶν ἐπερωτήσεων τῶν „ὅσου ἐστὶ τὸ πρᾶγμα" κάλλιόν ἐστι ῥητὸν ἐντίθεσθαι ποσὸν, ἐπειδὴ δύσχερής ἐστιν ἡ τοῦ διαφέροντος ἀπόδειξις. fr. 11 ib.

Δ
B. η' τοῦ κό τ. λζ'.

ΤΙΤΛΟΣ Ε', ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΓ'

περὶ οὗ ἡ δεσποτεία ἀμφιβάλλεται.

β'. Δύναται ὁ πὴρ ὑπὲρ θυγατρὸς ὑπεξουσίας ἐπερωτᾶν καὶ κινεῖν τὴν ἀγωγήν. c. 2. C. VIII, 37.

δ'. Καλῶς ἐπερωτᾷ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ἵνα ἐξῇ αὐτῇ ὅταν τελευτήσῃ τὸ ἥμισυ τῆς προικὸς ᾧτινι βούλεται καταλιμπάνειν: — c. 3 ibid.

ε'. Οὐκ ἀεί τις ἀπὸ ψιλῆς ἐπαγγελίας κατέχεται·
fol. 48r. εἰ μέντοι προσομολογήσοι, ὅτι „εἰ μὴ ποιήσω ποινὴν δίδωμι," παραβαίνων τὴν ἐπαγγελίαν δίδωσι τὸ πρόστιμον: —[1] c. 5.

ιγ'. Ἰστέον ὅτι πᾶσα ἐπερώτησις εἴτε ἐν δόσει εἴτε ἐν ποιήσει εἴη εἴτε μικτὴ, καὶ εἰς κληρονόμους καὶ κατὰ κληρονόμων παραπεμπέσθω, κἂν μνήμη γέγονεν αὐτῶν κἂν μή· ὃ γὰρ τοῖς πρωτοτύποις εἰσετέτακτο, δυνατὸν καὶ τοὺς κληρονόμους ποιῆσαι, καὶ οὐ χρὴ τῇ ἀκριβείᾳ τοσοῦτον προσέχειν: —[2] c. 13.

ΤΙΤΛΟΣ ς', ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΓ'

περὶ συναλλάγματος παρεντεθείσης ἐπερωτήσεως.

Ὁ ἄνηβος χωρὶς αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου
α'. ἐπερωτηθεὶς οὐ κρατεῖται: — c. 1. C. VIII, 38.

Τὰ συνοικέσια ἐλεύθερα θέλουσιν εἶναι, ὅθεν
β'. εἴτε σύμφωνον εἴτε ἐπερώτησις γένηται ὥστε μὴ ἐξεῖναι διαζύγιον πέμπειν, ἀνίσχυρά ἐστιν. c. 2.

Ἐὰν συμφωνήσωσί τινες ὥστε τὸν προτελευ-
δ'. τῶντα τῷ ἑτέρῳ διδόναι τὴν οὐσίαν τὴν ἰδίαν, ἄχρηστον τὸ γεγονὸς ὡς κατὰ τῶν καλῶν τρόπων ὄν· οὔτε γὰρ σύμφωνον οὔτε ἐπερώτησις οὕτω γενομένη ἰσχύει: —[3] c. 4 ib.

[1] habet Syn. [2] fere isdem verbis Syn. [3] habet Syn.

stipulatio et de fideiussione et de damno infecto, aut communes, sicuti de in iudicio sistendo. Omnis autem stipulatio per naturam suam cautionalis est, quoniam securitatem parit.

fr. 1 pr. — § 4. D. 46, 5.

Praetoriae stipulationes fideiussiones requirunt, non vero pignera, neque argentum aut aurum ut praebeantur in vicem cautionis. fr. 7.

Si praetor in certum tempus finierit satisdationem et postea in ulteriorem diem eam protraxerit, ii qui ex priore stipulatione tenentur exceptionem habent. fr. 10.

In stipulationibus „quanti ea res erit" melius est certam inducere quantitatem, difficilis enim est eius quod interest demonstratio. fr. 11.

TITULUS V, LIBRI XLIII

l. VIII. Cod. ti. 37.

de eo, cuius de proprietate litigatur.

Potest pater pro filia in potestate stipulari et exercere actionem. c. 2. C. 8, 37.

Recte mulier a viro stipulatur, ut liceat sibi cum morietur dimidium dotis cui voluerit relinquere. c. 3.

Non perpetuo quis ex nuda promissione tenetur: igitur si promiserit „nisi fecero, poenam dabo" et transgressus fuerit promissionem, poenam dabit. c. 5.

Sciendum est omnem stipulationem, sive in dando sive in faciendo consistat, sive mixta sit, et heredibus et adversus heredes transmitti, sive mentio facta sit eorum sive non sit: quod enim auctoribus impositum est possunt et heredes facere neque oportet suptilitati tantum indulgere. c. 13.

TITULUS VI, LIBRI XLIII

de contractu insertae stipulatione.

Impubes qui sine tutoris auctoritate promisit non tenetur. c. 1. C. VIII, 38.

Matrimonia libera esse debent, ideoque sive pactum sive stipulatio facta sit, quominus liceat repudium mittere, inutilis est. c. 2.

Si pacti fuerint quidam, ut is qui antea fuerit mortuus alteri det bona propria, inutile est quod actum est utpote contra bonos mores. neque enim pactum neque stipulatio eiusmodi valet. c. 4.

π ληγάτων καὶ τῶν πίστει καταλιμπανομένων δίδοσθαι.

Ληγάτον ἐστὶ δωρεὰ ἐν διαθήκῃ καταλειφθεῖσα.[1] fr. 36. D. 31.

Ὁ ἔχων τοῦ διατίθεσθαι ἐξουσίαν δύναται καταλείπειν ληγάτον.[2] fr. 2. D. 30.

Οὐχ ἡ περὶ τὸ ὄνομα πλάνη, ἀλλ' ἡ περὶ τὸ αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ληγάτον ἀκυροῖ. fr. 4 pr.

Εἰ δὲ καί τις ἐσθῆτα ληγατεῦσαι θέλων ληγατεύσῃ οἰκοσκευὴν, ἄχρηστον τὸ ληγάτον, ὥσπερ ἐὰν νομίσῃ τῷ ὀνόματι τοῦ χρυσοῦ περιέχεσθαι ἤλεκτρον ἢ χαλκοχρυσίον, ἢ τῷ ὀνόματι τῆς ἐσθῆτος ἄργυρον· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τῶν πραγμάτων οὐκ ἐναλλάσσονται τὰ δὲ τῶν ἀνων ἐναλλάσσονται.[3] ibid.

ε'. *Ἐπιλογῆς ληγατευθείσης, ἅπαξ ἐπιλέγεσθαι δυνατόν.*[4] fr. 5 pr.

ϑ'. *Τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις καλῶς ληγατεύεται καὶ τῇ ἐπανόδῳ βεβαιοῦνται.* fr. 9.

ι'. *Ὑπεξούσιος οὔτε πρὸ τοῦ κληρονομῆσαι οὔτε παρὰ κέλευσιν τοῦ πρς ἐπιλέγεσθαι δύναται.* fr. 10.

Ἡ μεταγενεστέρα γραφὴ ἐν τοῖς ληγάτοις ἐστὶ βεβαιοτέρα· δυνάμεθα γὰρ τὰ προλαβόντα — — εἰ δὲ τὸ αὐτὸ ὑπὸ διαφόρους αἱρέσεις ἀφαιρεθῇ, τῇ ὑστέρᾳ προσέχομεν. fr. 12. § 3.

Ἐὰν ῥητὸν ποσὸν ληγατεύσω ταῖς θυγατράσι μου ἐννοήσας καὶ περὶ κυοφορουμένης, μὴ τικτομένης αὐτῆς, τὸ πᾶν αἱ ἐν φύσει λαμβάνουσιν. fr. 15. § 1.

fol. 48ᵛ.

ιδ'. *Ἐὰν πρᾶγμα ἡνωμένως δύο τισὶ ληγατευθῇ, ὧν ὁ εἷς οὐκ ἦν ἐν φύσει, μόνον τὸ ἥμισυ ὁ περιὼν λαμβάνει.*[5] fr. 16 pr.

ις'. *Ἐὰν πολλοῖς ληγατευθῇ καὶ μὴ λεχθῇ μέρος, ἐξ ἴσου λαμβάνουσιν.*[6] fr. 19. § 2.

ιζ'. *Ἐὰν ἔχων δύο δούλους ληγατεύσῃ τὸν ἕνα καὶ μὴ δηλοῦται ποῖον, ὁ ληγατάριος ἔχει τὴν ἐπιλογήν.*[7] fr. 20.

κ'. *Ἐὰν μέρος οὐσίας ληγατευθῇ, χωρὶς καρπῶν δίδοται, εἰ μὴ ὑπέρθεσιν ὁ κληρονόμος ἐποίησεν.* fr. 23.

[1] habet Syn. [2] fere isdem verbis Attaliata 39, 1. [3] paucis omissis exhibet Tipuc. [4] habet Syn., quae l. δύναται. [5] habet Syn. [6] habet Syn. [7] habet Syn.

de legatis et de iis quae dari fidei commissa sunt.

Legatum est donatio testamento relicta. fr. 36. D. 31.

Qui habet testamenti faciendi potestatem potest relinquere legatum. fr. 2. D. 30.

Non error circa nomen, sed circa ipsum corpus legatum infirmat. fr. 4.

Si quis vestem legaturus suppellectilem legaverit, inutile est legatum, veluti si appellatione auri putaverit contineri electrum vel aurichalcum et appellatione vestis argentum; nomina enim rerum non mutantur, hominum autem mutantur. ibid.

Electione legata semel eligi potest. fr. 5 pr.

Ea quae apud hostes sunt recte legantur et postliminio confirmantur. fr. 9.

Filiusfamilias neque ante aditionem neque praeter iussum patris eligere potest. fr. 10.

Posterior scriptura in legatis magis valet; possumus enim priora — — si idem vero sub diversas condiciones ademptum sit, posteriorem inspicimus. fr. 12. § 3.

Si certam quantitatem legavero filiabus meis cogitans et de ea quae in utero est, si haec nata non fuerit, totam superstites accipiunt. fr. 15. § 1.

Si res coniunctim duobus legata fuerit, quorum unus non erat in rerum natura, solum dimidium superstes accipit. fr. 16 pr.

Si pluribus legatum fuerit neque pars dicta sit, ex aequo accipiunt. fr. 19. § 2.

Si duos servos habens quis unum legaverit et utrum non apparet, legatarius electionem habet. fr. 20.

Si pars substantiae legata sit, sine fructibus datur, nisi moram heres fecerit. fr. 23.

Καὶ τὸ μήπω ὂν ἐν φύσει καλῶς ληγατεύεται, ὡς τὸ γεννησόμενον ἀπὸ τῆσδε τῆς δούλης ἢ οἱ γεννησόμενοι καρποὶ ἢ ἡ ἐσομένη [γονὴ] τῶν θρεμμάτων. fr. 24 pr.

Et quod nondum in rerum natura est recte legatur, veluti id quod nascetur ex hac ancilla vel futuri fructus vel [foetus] futuri pecorum. fr. 24 pr.

Ἀχρήστως τὴν χρῆσιν τῶν καρπῶν, ἣν ἔχω, ληγατεύω, εἰ μὴ τὴν δεσποτείαν ἐπικτήσωμαι. fr. 24. § 1.

Inutiliter lego usumfructum quem habeo, nisi proprietatem quaesiero. fr. 24. § 1.

Δῆλον πρᾶγμα ἐὰν ληγατευθῇ καὶ ἀπόληται, ὁ ληγατάριος ζημιοῦται, εἰ μὴ δόλος καὶ ῥαθυμία τοῦ κληρονόμου γέγονεν ἢ ὑπέρθεσις εἰς τὸ μὴ δοθῆναι ἔνθα ἦν.[1] fr. 26. § 1.

Certa res si legata fuerit et perierit, legatarius damnum sentit, nisi dolus aut neglegentia heredis intervenerit aut mora, ut non daretur ubi fuerat. fr. 26. § 1.

Ἐὰν μέρος οὐσίας ληγατευθῇ, ἐπιλογὴν ὁ κληρονόμος ἔχει ἢ τὸ μέρος τῶν πραγμάτων δοῦναι ἢ τὴν ἀποτίμησιν αὐτῶν· τῶν μέντοι ἀδιαιρέτων καὶ δυσδιαιρέτων πάντων τὸ τίμημα δίδωσιν.[2] fr. 26. § 2.

Si pars hereditatis fuerit legata, electionem heres habet, utrum partem rerum det an earum aestimationem. Earum vero, quae dividi non possunt aut difficiliter possunt, omnium aestimationem dat. fr. 26. § 2.

Δυνατόν ἐστι καὶ δι' ἑνὸς πράγματος ἢ καὶ πλειόνων πληρωθῆναι τὸ ληγατευθὲν μέρος ἢ συναινοῦντος τοῦ ληγαταρίου ἢ τοῦ δικαστοῦ αὐθεντοῦντος, ἵνα μὴ ἀναγκασθῇ ὁ ληγατάριος ἀπὸ ἑκάστου τὸ ἥμισυ ἐκδικεῖν. fr. 27.

Potest et per singulam rem vel per plures impleri portio legata vel consensu legatarii vel auctoritate iudicis, ne cogatur legatarius ex quaque re dimidium vindicare. fr. 27.

Καὶ τὸ ὑπὸ παραγραφὴν χρεωστούμενόν μοι καὶ τὸ πραιτώριον καὶ τὸ ἐξ ἐπερωτήσεως καλῶς ληγατεύεταί μοι καὶ οὐ μειοῦται τῷ φαλκιδίῳ. fr. 28.

Et id quod sub exceptionem debetur mihi et honorarium debitum et debitum ex stipulatu recte mihi legatur neque minuitur falcidia. fr. 28.

κς'. *Εἰ δὲ μήτε ἐν τρόπῳ μήτε ἐν χρόνῳ μήτε ἐν αἱρέσει μήτε ἐν τόπῳ ὑπέρθεσιν εἶχεν, ἀχρήστως ληγατεύεται.* fr. 29.

Si neque modo neque tempore neque condicione neque loco moram habebat [id quod debetur], inutiliter legatur. fr. 29.

Ἐὰν πολλοὺς ἔχων πέτρους ληγατεύσω σοι πέτρον καὶ μὴ δηλοῦται ποῖον, ὁ κληρονόμος ἔχει τὴν ἐπιλογήν.[3] fr. 32. § 1.

Si plures habens Petros [servos], tibi Petrum legavero neque apparet quem, heres habet electionem. fr. 32. § 1.

κθ'. *Ἐὰν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα δύο τισὶ συνεζευγμένως ληγατευθῇ, εἰ καὶ ὁ μὲν κινεῖ τὴν τῶν πραγμάτων ἀπαιτητικὴν ἀγωγὴν, ὁ δὲ τὴν ἐκ διαθήκης βοήθειαν, ἀνὰ ἥμισυ λαμβάνουσι. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ διεζευγμένων εἰ μὴ δειχθῇ ὡς ὁ διαθέμενος ἀφελόμενος αὐτὸ ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ πᾶν ἠθέλησεν δοθῆναι τῷ δευτέρῳ ἢ ἐξ ὁλοκλήρου ἑκάστῳ διὰ τῆς γραφῆς ἀποδείκνυται τὸ δοθέν· τότε γὰρ τῷ μὲν τὸ πρᾶγμα, τῷ δὲ τὸ τίμημα δίδοται καὶ ὁ*

Si eadem res duobus coniunctim legata fuerit et alter intendit rerum vindicatoriam actionem, alter vero ex testamento remedium [adhibet], singuli dimidiam accipiunt. Idem et si disiunctim, nisi probetur testatorem legatum a priore adimere, et alteri dari universum voluisse, aut in solidum singulis per scripturam datum ostendatur; tunc enim alteri res, alteri aestimatio datur et qui prior litem contestatur antea electionem habet utram velit

fol. 47r. *προκαταρξάμενος πρῶτος τὴν ἐπιλογὴν ἔχει ποῖον βούλεται λαβεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἐπιλέξηται, οὐ μεταβαίνει πρὸς τὸν ἕτερον.* fr. 33. D. 30.

accipere; postquam vero elegerit, non transit ad alterum. fr. 33. D. 30.

λ'. *Ἔνθα δὲ μεταγαγεῖν αὐτὸ ἠθέλησεν, ὁ πρῶτος οὐδὲν λαμβάνει κἂν μὴ δύναται συνίστασθαι τὸ ληγάτον εἰς πρόσωπον τοῦ δευτέρου: —* fr. 34 pr.

Ubi vero transferre id voluit (testator), prior nihil accipit, quamvis non possit in alterius persona legatum consistere. fr. 34 pr.

Ἐὰν οἱ μὲν συνεζευγμένοι εἰσὶν, οἱ δὲ διεζευγμένοι, πρόσωπον ἑνὸς ἐπέχουσιν οἱ συνεζευγμένοι.[4] fr. 34 pr.

Sin vero quidam coniuncti sint, quidam disiuncti, personam unius sustinent coniuncti. fr. 34 pr.

---

[1] habet Syn. [2] habet Syn. [3] habet Syn. [4] habet Syn.

Ἐὰν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα πολλάκις μοι ἐν τῇ αὐτῇ διαθήκῃ ληγατευθῇ, ἅπαξ μόνον ἢ τὸ πρᾶγμα ἢ τὴν ἀποτίμησιν λαμβάνω. εἰ δὲ ἐν διαφόροις διαθήκαις, ἀπὸ μὲν τῆς μιᾶς τὸ πρᾶγμα, ἀπὸ δὲ τῆς ἄλλης τὸ τίμημα λαμβάνω.[1] fr. 34. § 1. 2.

Si eadem res saepius mihi in eodem testamento legata fuerit, semel tantum vel rem vel aestimationem accipio. Si vero in diversis testamentis, ex uno rem, ex altero aestimationem accipio. fr. 34. § 1. 2.

Εἰ δέ τι τῶν σταθμωμένων ἀριθμουμένων μετρουμένων ἐν τῇ αὐτῇ διαθήκῃ ληγατευθῇ μοι πολλάκις, λήψομαι αὐτὸ πολλάκις, εἰ ὁ διαθέμενος τοῦτο ἠθέλησεν. [fr. 34. § 3.] εἰ μὴ ἄρα τὰ ἐν ἄρκλᾳ κείμενα ἑκατὸν νομμ[ι] ληγατευθῇ μοι πολλάκις· ταῦτα γὰρ ἐοίκασι δήλῳ πράγματι: — fr. 34. § 4.

Et si quid eorum quae pondere numero mensura continentur in eodem testamento legatum mihi fuerit saepius, saepius id accipiam, si quidem testator hoc voluerit: [fr. 34. § 3.] nisi forte positi in arca centum solidi legati mihi fuerint saepius: nam isti similes sunt certae rei. fr. 34. § 4.

Ἐὰν δύο τισὶ ληγατευθῇ πρᾶγμα, ὧν ὁ εἷς κληρονόμος ἐστὶν, οὐ καλῶς αὐτῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ληγατεύεται, ἀλλὰ τοῦτο τῷ συλληγαταρίῳ ἁρμόζει. εἰ γὰρ καὶ δυσὶ κληρονόμοις γραφεῖσι, τῷ μὲν εἰς οὐγκίας ἕνδεκα, τῷ δὲ εἰς μίαν, ληγατευθῇ πρᾶγμα, ὁ μὲν εἰς τὰς ἕνδεκα οὐγκίας κληρονομῶν ἕνδεκα οὐγκίας ἕξει τοῦ ληγάτου, ὁ δὲ ἕτερος μίαν. εἰ δὲ ληγατάριος γένηται κληρονόμος ἑνὸς τῶν κληρονόμων, ἀμείωτον ἕξει τὸ ληγατευθὲν αὐτῷ: —[2] fr. 34. § 13.

Si duobus quibusdam res sit legata, quorum alter heres sit, non recte ei a semetipso legatur, sed hoc (i. e. pars quae ei a semetipso legatur) collegatario pertinet. nam si duobus heredibus scriptis, altero ex unciis undecim, altero ex una uncia (scripto) res legetur, qui ex undecim unciis heres est ex undecim unciis habebit legatum, alter vero ex una (uncia). Quod si legatarius fiat heres alterius heredis imminutam habebit rem sibi legatam:— fr. 34. § 13.

Καλῶς ληγατεύω σοι ἀγρὸν ἐπὶ τὸ μέρος αὐτοῦ σχεῖν καὶ τὸ μέρος γὰρ τοῦ ἀγροῦ ἀγρὸς λέγεται: — fr. 34. § 15.

Recte lego tibi fundum ut eius partem habeas, pars enim fundi fundus dicitur. fr. 34. § 15.

λβ'. Ἐὰν ἐληγάτευσά σοι τοὺς ὑφάντας πάντας χωρὶς ὧν ἂν ἑτέρῳ ληγατεύσω, καὶ πέτρῳ τοὺς οἰκογενεῖς πάντας χωρὶς ὧν ἑτέρῳ ληγατεύσω, τοὺς ἅπαντας εὑρισκομένους ὑφάντας καὶ οἰκογενεῖς κοινῶς λαμβάνεται ὥσπερ ..... εἰ δὲ τοὺς ὑφάντας χωρὶς τῶν οἰκογενῶν ληγατεύω εἶτα καὶ τοὺς οἰκογενεῖς χωρὶς τῶν ὑφάντων, τοὺς ἅμα ὑφάντας καὶ οἰκογενεῖς οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν ἕξει: — fr. 36 pr. § 1.

Si legavero tibi textores omnes praeter eos quos alii legavero et Petro vernas omnes praeter eos quos alii legavero, omnes qui inveniantur textores simul et vernae communiter adquirit, sicuti . . . Si vero textores praeter vernas legavero et deinceps vernas praeter textores, eos qui simul textores sint atque vernae neuter nostrum habebit. fr. 36 pr. § 1.

Ἐὰν ληγατευθῇ δοῦλος δύο τισὶ καὶ τῷ ἑνὶ δώσει αὐτὸν ὁ κληρονόμος, εἶτα πρὶν ἢ ἐναχθῇ παρὰ τοῦ ἄλλου ἀποθάνῃ ὁ δοῦλος, οὐκ ἐνέχεται: — fr. 36. § 3.

Si legatus fuerit servus duobus et uni dederit eum heres et deinceps antequam conveniretur mortuus fuerit servus, non tenetur. fr. 36. § 3.

λγ'. Δούλου γενικῶς ληγατευθέντος, οὔτε ὁ κάλλιστος οὔτε ὁ χείριστος δίδοται· οὔτε γὰρ δύναται τὸν διοικητὴν ἐπιλέξασθαι.[3] fr. 37 pr.

Servo generaliter legato, neque optimus neque pessimus datur: neque enim potest [legatarius] actorem eligere. fr. 37 pr.

fol. 47v. Ἐὰν περὶ δήλου ἀγροῦ ἐνενόησεν ὁ διαθέμενος καὶ οὐ δηλοῦται δὲ ποίου, ἢ ἐὰν δίσκον ληγατεύσῃ καὶ μὴ δηλοῦται ποῖον, ὁ κληρονόμος ὃν θέλει δίδωσιν. fr. 31. § 1. D. 30.

Si de certo fundo cogitavit testator et non apparet de quo, vel cui lancem legaverit et non apparet qualem, heres quem vult dat. fr. 37. § 1. D. 30.

---

[1] habet Syn. [2] habet Syn. [3] habet Syn.

λδ'. Ὁ ληγατάριος οὐ δύναται μέρος καταδέχεσθαι καὶ μέρος παραιτεῖσθαι· τῶν δὲ κληρονόμων αὐτοῦ ὁ μὲν δύναται καταδέξασθαι τὸ ἴδιον μέρος, ὁ δὲ παραιτήσασθαι.[1] fr. 38 pr.

Legatarius non potest partem accipere et partem repellere; heredum vero eius alter potest accipere portionem suam, alter vero repellere. fr. 38 pr.

Ἐὰν ὁ ληγατευθεὶς δοῦλος ᾖ ἐν φυγῇ ἢ μακρὰν ἄπεστιν, ὁ κληρονόμος ἰδίοις αὐτὸν ἀναζητεῖ δαπανήμασιν.[2] fr. 39 pr.

Si legatus servus in fuga sit aut longe absit, heres eum propriis requirit sumptibus. fr. 39 pr.

Possum, cum rem meam pigneri dederim, eam precario accipere quod et frequenter accidit; quamvis incertum sit an ego sim dominus rei. fr. 6. § 4. 7. D. 43, 26.

Si precario quid a quo acceperis, et erga heredes eius et successores precario id habes, quamvis eum ignores habere heredem; si vero id quod mihi precario concesseris alteri vendideris, is autem non revocat, ab eo videor rem habere. fr. 8. § 1. 2.

Et qui dolo desiit habere tenetur.

Et is qui precario rem habet dolum tantum praestat et neglegentiam similem dolo. is vero qui commodatum suscepit — — — — — — — — — — — — — — — — hoc interdictum in causam [pristinam] restituere vel, si id non fecerit, in id quod interest a iudicio accepto condemnat et itaque etiam fructus medii temporis petit. fr. 8. § 3. 4.

Precarium et inter absentes et per epistulam vel per nuntium constituitur. fr. 9.

Si ancillam rogaveris et [precario] acceperis et pepererit, id quod natum est precario habes. fr. 10.

Si quod tibi pigneri dedi rogavero ut precario haberem, dato eo quod debetur, solvitur precarium. fr. 11.

Etsi pactus fuero in diem certum possidere id quod mihi precario dederis, licet tibi cum volueris recipere. fr. 12 pr.

Quod rogatus tibi [precario] dedit, ad heredem meum transit, non ad tuum; tibi enim soli concessi. fr. 12. § 1.

Si servus tuus filiusve quid precario acceperit vel iussu tuo vel te ratum habente, ipse personaliter teneris: si vero ignorante te proprio nomine ceperit, de peculio actione vel de eo quod in rem domini versum est teneris. fr. 13.

[1] οὐ cod. [2] plura exciderunt.

ις'. Ἕως τότε χρώμεθα τῷ ἀλλοτρίῳ, ἕως ὅτε θέλει ὁ δεσπότης αὐτοῦ: — fr. 15.

Οἱ ἐπιξενούμενοι καὶ δῶρον οἰκοῦντες οὐ νοοῦνται παρακλήσει οἰκεῖν: — fr. 15. § 1.

Δυνατὸν γὰρ καὶ δουλείας παρακλήσει ἔχειν, ὡς τὸ εἰςπέμπειν ἢ ποιεῖν ἐκθέτην: —[1] fr. 15. § 2.

ιθ'. Κἂν μὴ νέμηταί τις τὸ ἴδιον, δύναται αὐτὸ παρακλήσει ἑτέρῳ συγχωρεῖν: — fr. 18.

κα'. Ὃ ἐπώλησά σοι συνεφώνησά σοι κατὰ παράκλησιν εἶναι παρά σοι ἕως ἂν τὸ τίμημα λάβω· εἰ μὴ δῷς, ἀναλαμβάνω αὐτό: — fr. 20.

Ὁ νεμόμενος τὸ σὸν ἢ ὁ ἀγοράσας αὐτὸ παρά σου καὶ αἰτῶν ἔχειν αὐτὸ κατὰ παράκλησιν, μὴ ἐναλλάσσει αἰτίαν νομῆς, ὡς ἀπὸ δεσπότου
fol. 124r. λαβών· εἰ ἄλλον παρακαλέσει δοῦναι αὐτῷ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, ἔπαυσεν τῆς πρώτης αἰτίας καὶ ἤρξατο παρακλήσει[2] ἔχειν· εἰ δὲ καὶ δυνάμενος ἐκδικῆσαι τὸ πρᾶγμα παρά σου αἰτήσω σε δοῦναί μοι αὐτό, κατέχομαι ὡς κατὰ παράκλησιν ἔχων αὐτό: — fr. 22 pr.

B. μγ'. Ἐὰν βάλανος ἐκ τοῦ ἀγροῦ μου εἰς τὸν σὸν
ι. κγ'. πέσῃ, λέγει ὁ πραίτωρ ἐξεῖναί μοι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐκλέγειν καὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτήν. τὸ αὐτὸ δεῖ νοεῖν καὶ ἐπὶ παντὸς καρποῦ: —

fr. 1 pr. § 1. D. 43, 28.

---

[1] ἐκτεθεῖν cod. [2] παράκλησει cod., ut videtur. Num κατὰ παράκλησιν? Omissa v. κατὰ librarii incuria, sequens verbum male correctum est.

Eatenus re aliena utimur, quatenus eius dominus velit. fr. 15.

Hospites et ii qui gratuito habitant non intelleguntur precario habitare. fr. 15, § 1.

Possunt enim et servitutes precario haberi, sicuti servitus immittendi vel proiciendi. fr. 15. § 2.

Quamvis non possideat quis rem suam, potest eam alteri precario concedere. fr. 18.

Id quod tibi vendidero pactus sum tecum, ut precario maneret penes te donec pretium accepero; nisi dederis, id recipio. fr. 20.

Qui rem tuam possidet eamve a te emerit et rogaverit ut sibi habere liceret precario, non mutat causam possessionis, quippe qui a domino accepit. quod si alium rogaverit, ut sibi precario daret eandem rem, ex priore causa cessavit [possidere] et coepit precario habere. Et si cum possem rem meam a te vindicare, rogavero te eam mihi concedere, teneor tanquam precario eam possidens. fr. 22 pr.

Si glans ex fundo meo in tuum deciderit, ait l. 43. 1
praetor licere mihi tertio quoque die colligere eamque auferre: idem intellegi debet et de omni fructu. fr. 1 pr. § 1. D. 43, 28.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΝΘ', ΤΙΤΛΟΣ Α'

περὶ μνημάτων καὶ δαπάνης τῶν νεκρῶν.

α'. *Ὁ δαπανῶν εἰς ταφὴν τῷ τελευτήσαντι δοκεῖ συναλλάσσειν, οὐ μὴν τῷ κληρονόμῳ·*[1] [fr. 1. D. 11, 7] *πρὸς ταφήν ἐστιν ὁ τόπος ἐν ᾧ καὶ δοῦλος θάπτεται:* — fr. 2 pr.

Ὁ εἰσαγαγὼν νεκρὸν ἢ ὀστέα νεκροῦ ἐπὶ τὸ θάψαι ἐν ἀλλοτρίῳ καθαρῷ τόπῳ ἢ τάφῳ μὴ ἔχων τοιοῦτο δίκαιον, ἐνέχεται ἀγωγῇ χρηματικῶς καί ἐστι μὲν καθαρὸς ὁ τόπος: — fr. 2. § 2.

Ὁ μὴ ὢν πρὸς ταφὴν ἱερὸς[2] *τάφος δέ ἐστιν ἐν ᾧ σῶμα ἢ ὀστέα ἀνου ἀπετέθη· οὐ πᾶς τῇ ταφῇ ἀφορισθείς, ἀλλ' ὅσον ἐστὶ τὸ σῶμα. μνημεῖόν ἐστι τὸ διὰ τὴν μνήμην φαινόμενον:* — fr. 2. § 5. 6.

γ'. *Φαμιλιάριοι τάφοι λέγονται οὓς τις ἑαυτῷ καὶ τῇ φαμιλίᾳ αὐτοῦ ποιεῖ· κληρονομιαῖοι, οὓς ἑαυτῷ καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ ἢ οὓς ὡς κληρονόμος*[3] *ἐκτήσατο:* — fr. 5. 6 pr.

δ'. *Ἐν ἑκατέρῳ δὲ οἱ κληρονόμοι ἐξ ὁσουδήποτε μέρους εἰ κληρονομοῦσι καὶ θάπτονται καὶ θάπτουσιν καὶ ἀκόντων τῶν συγκληρονόμων καὶ οἱ παῖδες ὑπεξούσιοί τε καὶ αὐτεξούσιοι κληρονόμοι καὶ ἀπόκληροι, εἰ μὴ ῥητῶς αὐτοὺς ὁ διαθέμενος κωλύσῃ, θάπτονται μὲν οὐ μὴν θάπτουσι πλὴν τῆς γονῆς αὐτῶν:* — fr. 6 pr.

Οἱ δὲ ἀπελεύθεροι μὴ κληρονομοῦντες οὔτε θάπτουσιν οὔτε θάπτονται εἰ καὶ ἐπέγραψεν ὁ πάτρων ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἀπελευθέροις πεποιηκέναι τὸν τάφον: — ibid.

Τὸν καθαρὸν τόπον καὶ τὸ κενοτάφιον ἔξεστι πιπράσκειν καὶ δωρεῖσθαι· τάφος γὰρ κυρίως οὐκ ἐστιν: — fr. 6. § 1.

Ὁ ἐν τῷ πιπράσκειν ἀγρὸν φυλάξας ἑαυτῷ δίκαιον τῶν τάφων κεχρεώστηται διὰ τοῦ ἀγροῦ πάροδος εἰς αὐτούς: fr. 10.

Οἱ ἄρχοντες ἢ καὶ ὁ πραίτωρ καὶ τὴν δαπάνην ὁρίζουσι καὶ μὴ ὄντων χρημάτων, πιπράσκεται τὰ εὐφθαρτὰ καὶ βαροῦντα τὴν κληρονομίαν: — fr. 12. § 6.

[1] hucusq. Syn. [2] locus corruptus. [3] —ους cod.

LIBER LIX, TITULUS I

de monumentis et sumptibus funerum.

Qui impendit circa funus, cum defuncto contrahere videtur, non vero cum herede: [fr. 1. D. 11, 7] ad sepulcrum pertinet et locus, quo servus sepelitur. fr. 2 pr.

Qui infert mortuum ossave mortui in sepulturam in alieno loco puro aut sepulcro, cum id iuris non habeat, tenetur pecuniaria actione et locus manet purus. fr. 2. § 2.

— — — — — — — sepulcrum est, quo corpus et ossa hominis condita sunt: non omnis [locus] sepulturae destinatus sed quatenus est corpus [humatum]. Monumentum est memoriae causa extans. fr. 2. § 5. 6.

Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi familiaeque suae constituit: hereditaria, quae sibi heredibusque suis [constituit] vel quae ut heres adquisivit. fr. 5. 6 pr.

In utroque [genere sepulcrorum] heredes ex qualibet parte [scripti] si heredes fiant et sepeliuntur et sepeliunt et invitis coheredibus et filii in potestate vel sui iuris, heredes vel exheredes, nisi expresse eis testator prohibuerit, sepeliuntur, non vero sepeliunt, nisi posteritatem suam. ibid.

Liberti nisi heredes sint neque sepeliunt neque sepeliuntur, quamvis inscripserit eorum patronus [in titulo] sibi et libertis fecisse sepulturam. ibid.

Locum purum et cenotaphium vendere donareque licet; non enim est proprie sepulcrum. fr. 6. § 1.

Qui in fundo vendendo ius sepulcrorum sibi reservavit, ius habet per fundum eundi ad ea. fr. 10.

Praesides vel praetor et impensas definiunt et, cum non extet pecunia, veniunt ea quae facile corrumpuntur et quae onerant hereditatem. fr. 12. § 6.

ιγ'. *Τούτων δὲ μὴ ὄντων, τὰ ἀργυρέα καὶ χρυσέα πωλοῦνται ἢ ἐνεχυράζονται, ἢ, ἐάν ἐστιν εὐχερὲς, ἀπαιτεῖται καὶ χρέος:* — fr. 12. § 6. 13.

His non extantibus, argentum et aurum veniunt vel pigneri dantur, vel, si fieri potest, exigitur etiam nomen. fr. 12. § 6. 13.

Ἐὰν ἐφ' ὕβρει τοῦ τελευτήσαντος πλουσίου, fol. 124ᵛ. *μέτριά τις δαπανήσῃ, οὐκ ἔχει ἀπαίτησιν:* —[1] fr. 14. § 10.

Si in contumeliam divitis mortui quis modicos sumptus fecerit, non repetit. fr. 14. § 10.

ιδ'. *Ἐνέχονται τῇ ἐπὶ ταφῇ ἀγωγῇ οἱ τῇ ταφῇ ὑποκείμενοι, οἷον κληρονόμοι καὶ πάτρονες αἰτοῦντες τὴν κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντίωσιν:* — fr. 14. § 17. — 15.

Funeraria actione tenentur ii, qui funus curare debent, veluti heredes et patroni qui petant contra tabulas successionem. fr. 14. § 17. — 15.

ιε'. *Καὶ ὁ τὴν προῖκα τῆς τελευτησάσης κερδαίνων εἴτε ἀνήρ ἐστιν εἴτε πατὴρ αὐτῆς:* — fr. 16.

Et qui dotem mortuae lucratur, sive vir sit, sive pater eius. fr. 16.

ις'. *Εἰ δὲ μήπω ἀνέλαβεν αὐτὴν ὁ πατὴρ, μόνος ὁ ἀνὴρ ἐνάγεται καὶ λογίζεται τῷ πατρὶ τὸ διδόμενον:* — fr. 17.

Si nondum receperit eam pater, solus vir tenetur et imputatur patri id quod datum est. fr. 17.

ιη'. *Ἡ γὰρ δαπάνη τῆς ταφῆς χρέος*[2] *ἐστὶ τῆς προικὸς καὶ μειοῖ αὐτήν:* — fr. 18. 19.

Nam funeris sumptus dotis aes alienum est et minuit eam. fr. 18. 19.

ιθ'. *Ἐὰν ἐπιδιδοὺς*[3] *ὑπὲρ γυναικὸς προῖκα συμφωνήσω τὸ δίμοιρον ἀναλαβεῖν καὶ τὸν ἄνδρα κερδᾶναι τὸ τρίτον καὶ μηδὲν εἰς τὴν ταφὴν δαπανῆσαι, εἰ μὲν ἐγὼ θάψω τὴν γυναῖκα, τὸ σύμφωνον ἔρρωται καὶ οὐκ ἀπαιτῶ τὸν ἄνδρα· εἰ δὲ ἄλλος θάψει, ἀπαιτεῖ τὸν ἄνδρα· τὸ γὰρ δημόσιον δίκαιον οὐ βλάπτεται διὰ τοῦ συμφώνου· εἰ δὲ καὶ συνεφώνησα πᾶσαν ἀναλαβεῖν τὴν προῖκα καὶ τελευτησάσης αὐτῆς ἀναλάβω, συνεισφέρω εἰς τὴν ταφήν:* — fr. 20 pr.

Si, data pro muliere dote, convenerit ut duas partes ego reciperem et vir tertiam partem lucraretur et nihil in funus impenderet, si quidem ego mulierem funeravero, valet pactum et nihil peto a viro; si extraneus funeraverit, a viro petit; nam publicum ius pacto infringi non potest. Quod si etiam convenerit ut totam dotem reciperem, et mortua muliere recepero, in sepulturam conferam. fr. 20 pr

Ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα κερδαίνων ὑπόκειται ὅτε ἦν ὁ πηρ, εἰ μὴ ἄρα μετρία οὖσα οὐκ ἐξαρκῇ· τότε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν θάπτειν ἐνέχεται: — fr. 20. § 1.

Vir qui dotem lucratur tenetur, cum sit [et] pater, nisi forte exigua cum sit [dos] non sufficiat. tunc enim pater eam funerare cogitur. fr. 20. § 1.

Ἐὰν ἡ μηρ τελευτήσῃ καὶ μή ἐστιν ἡ κληρονομία αὐτῆς εὔπορος, ἀπὸ μόνης τῆς προικὸς θάπτεται: — fr. 20. § 2.

Si mater mortua fuerit et non sit hereditas eius solvendo, ex sola dote funeratur. fr. 20. § 2.

κ'. *Ὁ ἐσχηκὼς ὑπεξούσιον υἱὸν τὸν τελευτήσαντα ἐνάγεται πρὸς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ:* — fr. 21.

Qui habuerit in potestate filium, qui mortuus est, tenetur [ad funerandum] secundum suam dignitatem et substantiam. fr. 21.

Ἡ γυνὴ καὶ ἐκ τῆς προικὸς καὶ τῆς ἄλλης αὐτῆς οὐσίας ἀναλόγως θάπτεται παρὰ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τοῦ κληρονόμου: — fr. 22. 23.

Mulier et ex dote et ex ceteris ipsius bonis pro portione funeratur a viro et ab herede. fr. 22. 23.

κα'. *Ὑπεξαιρουμένων τῶν ληγάτων ἢ τῶν ἐλευθεριῶν ἢ τῶν χρεῶν:* — fr. 24—26.

Deductis legatis et libertatibus et aere alieno. fr. 24—26.

κγ'. *Ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ ἀποδῷ τῇ γαμετῇ τὴν προῖκα ἐξ ὧν αἰτιῶν ὁ νόμος ἐπιτρέπει, οὐκ ἐνάγεται τῇ ἐπὶ τῇ ταφῇ ἀγωγῇ:* — fr. 27. § 1.

Si vir constante matrimonio reddiderit uxori dotem ex illis causis, quibus iure [id fieri] conceditur, non convenitur actione funeraria. fr. 27. § 1.

---

[1] habet Syn. [2] *χρεόστης* sic cod. [3] *ἐπιγυναιδιδοὺς*: *γυναι* lineolis inductum.

κδ'. Ὁ ἀνὴρ μέχρις εὐπορίας ἐνάγεται τῇ ἐπὶ τῇ ταφῇ ἀγωγῇ· τοῦτο γὰρ δοκεῖ κερδαίνειν ὅπερ οὐκ ἐδίδου [εἰ] παρὰ τῆς γυναικὸς ἐνήγετο: — fr. 27. § 2.

Vir in id quod facere potest actione funeraria convenitur: id enim lucrari videtur quod non dedisset si fuisset ab uxore conventus. fr. 27. § 2.

κε'. Τὴν ἄπροικον μόνος ὁ πηρ θάπτει καὶ τὴν αὐτεξουσίαν οἱ κληρονόμοι αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ ἔχῃ κληρονόμους ἢ ὁ πηρ ἀπορεῖ, ἐνάγεται ὁ ἀνὴρ μέχρι εὐπορίας· ὑβρίζεται γὰρ μὴ θαπτομένης τῆς γενομένης αὐτοῦ γαμετῆς: — fr. 28.

Eam quae dote carebat solus pater funerat et eam quae sui iuris fuit, heredes eius: si vero heredes non habeat neque pater solvendo sit, tenetur vir in id quod facere potest; ipsi enim dedecori est non sepeliri eam, quae fuit uxor eius. fr. 28.

κς'. Ἐὰν διαζευχθεῖσα γυνὴ γαμηθῇ, ὁ πρῶτος ἀνὴρ κἂν ἐκέρδανεν τὴν προῖκα οὐ δαπανᾷ εἰς τὴν ταφὴν αὐτῆς. fr. 29 pr.

Si post divortium mulier nupserit, prior maritus quamvis lucratus sit dotem non impendit circa funus eius. fr. 29 pr.

fol. 117r. Πρὶν ἢ μὲν ἀποδῷ τὴν προῖκα ὁ ἀνὴρ αὐτὸς ἐνάγεται, μετὰ δὲ τὴν ἀπόδοσιν ὁ πηρ αὐτῆς· ἐναχθεὶς δὲ ὁ ἀνὴρ παρὰ τοσοῦτον ἀποκαθίστησι τῷ ἀνδρί: — fr. 29. § 1.

Priusquam dotem reddiderit vir, ipse convenitur et post restitutionem eius pater: conventus autem vir eo minus reddit patri. fr. 29. § 1.

κζ'. Εἰ δὲ ὁ πηρ δαπανήσῃ ἢ ἐναχθεὶς παρασχῇ τῷ δαπανήσαντι, ἀναλαμβάνει παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διὰ τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀγωγῆς: — fr. 30 pr.

Si impenderit pater aut conventus ei qui impenderit praestiterit, recipit a viro per actionem de dote. fr. 30 pr.

κη'. Τῆς αὐτεξουσίας οἱ κληρονόμοι συνεισάγουσι καὶ ὁ πηρ καὶ ὁ ἀνὴρ πρὸς ὅπερ ὁ μὲν ἀναλαμβάνει, ὁ δὲ κερδαίνει τῆς προικός: — fr. 30. § 1.

In [funus] mulieris sui iuris conferunt et pater et maritus, [secundum id] quod alter recipit, alter lucratur ex dote. fr. 30. § 1.

λβ'. Ὁ προδότης τῆς ἰδίας πατρίδος οὐ πενθεῖται ἀλλὰ καὶ ἀψόγως παῖς πατέρα τοιοῦτον ἀναιρεῖ κἂν σῶμα πρ — τοῦ ταφῇ δαπανηθῆναι: —[1] fr. 35.

Proditor patriae suae non lugetur sed etiam impune filius patrem eiusmodi occidit — — — — — — — — — fr. 35.

Ἡ δαπάνη τῆς ταφῆς ὑπεξαιρεῖται τῆς κληρονομίας καὶ παντὸς προτιμᾶται χρέους τῆς κληρονομίας οὔσης ἀπόρου: — fr. 45.

Funeris impensae ab hereditate deducuntur et omni praeponuntur debito, cum hereditas non sit solvendo. fr. 45.

ΤΙΤΛΟΣ Β', ΒΙΒΛΙΟΥ ΝΘ'

περὶ τοῦ τὸν νεκρὸν εἰσάγειν καὶ τάφον οἰκοδομεῖν.

TITULUS II, LIBRI LIX

de mortus inferendo et sepulcro aedificando.

Ὁ θάπτων ἔγκυον πρὶν ἢ τὸ βρέφος διὰ τομῆς ἐκβληθῇ φονεύειν δοκεῖ: —[2] fr. 2. D. 11, 8.

Qui sepelit praegnatem antequam partus excidatur necare videtur. fr. 2. D. 11, 8.

δ'. Ἐπὶ τὸν τάφον οὐ συμβάλλεται χρονία νομὴ τῷ μὴ ἔχοντι δίκαιον: —[3] fr. 4.

In sepulcro non confert longa possessio ei qui ius non habuerit. fr. 4.

ε'. Ἐὰν ἐν ἀτελεῖ μνημείῳ λείψανα τεθῇ, δύναται πληροῦσθαι· οἱ δὲ πρὸς ταφὴν τόποι κελεύσει τῶν ἱερέων ἀνανεοῦνται: — fr. 5 pr. § 1.

Si in imperfecto monumento reliquiae [hominis] sint conditae, potest perfici; loca vero ad sepulturam pertinentia iussu pontificum reficiuntur. fr. 5 pr. § 1.

B. γ'. τ μβ'. v ι Δ κο

ΤΙΤΛΟΣ Γ',

περὶ ταφῆς καὶ δαπανημάτων κηδειῶν.

TITULUS III,

de sepultura et funerum impensis.

l. 3. Cod. t. 42.

γ'. Ἐάν τινα δαπανήσῃ ὁ ληγατάριος περὶ τὴν ταφὴν τοῦ διαθεμένου καὶ τὸ δαπάνημα[τῆς ταφῆς] ἀπαιτεῖ καὶ τὸ ληγάτον [ὀφεί]λ[εται] τοῦ τελευτήσαντος: — c. 3. C. 3, 44.

Si quaedam impenderit legatarius in testatoris funus et impensam funeris petit et debetur legatum defuncti. c. 3. C. 3, 44.

[1] locus corruptus. [2] habet Syn. [3] habet Syn.

ζ'. *Δύναται ὁ κτίζων τάφον καὶ στήλας*[1] *ἐπιθεῖναι καὶ ἕτερον ὃν βούλεται κόσμον· ἑκάστῳ γὰρ ἔξεστιν ἐν τοῖς ἰδίοις ὃ βούλεται ποιεῖν*: —[2] c. 7.

Potest is qui sepulcrum aedificat stelas imponere et cetera quae vult ornamenta: cuique enim licet in suo quod libet facere. c. 7.

ια'. *Οἱ ἐπὶ ἐγκλήματι κατακριθέντες δύνανται ταφῆναι*: — c. 11.

Rei criminis damnati sepeliri possunt. c. 11.

ιγ'. *Μηδεὶς ἀνθρώπινον σῶμα χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς εἰς ἕτερον τόπον μεταφερέτω*: —[3] c. 14.

Nemo humanum corpus sine principis permissu in alium locum transferat. c. 14.

ιδ'. *Ἐν οὐδενὶ τόπῳ οὐδὲν τέλος παρ' οὐδενὸς προσώπου ὑπὲρ τῶν διακομιζομένων σωμάτων παρέχεται*: —[4] c. 15.

In nullo loco a nemine nullam vectigal propter corpora transferenda solvitur. c. 15.

[1] —*ην* habet sch. Bas. (I 636 Hb.). [2] cfr. schol. cit. [3] habet Syn. [4] cf. Cuiac. Obs. XI. 21. perperam cod. l. *δικαζομένων*.

prima linea excisa est.

[LIBER XXX, TITULUS I.]

fol. 1ʳ. τιμὴν παρασχεῖν ἢ τὰ πράγματα γινομένου λόγου τῶν μετὰ τοὺς καρποὺς περὶ αὐτὰ δαπανηθέντων. τὸ αὐτὸ κἂν ἡ γυνὴ μέμφηται ἥττονος τὴν προῖκα διατιμηθῆναι· αὐτῇ γὰρ δίδοται ἡ ἐπιλογή. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰς χρῆσιν δοθέντος διατετιμημένου: — fr. 7. § 5. D. XXIV, 1.

Ἐὰν ἡ γυνὴ τὸ δωρηθὲν αὐτῇ ἑτέρῳ παραδώσῃ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, ὡς παρὰ δωρεᾶς οὕτω καὶ παρ' αὐτοῦ παρέδωσις ἤρτηται: — fr. 11. § 9.

Καὶ περιορισμοῦ χάριν γενομένη δωρεὰ ἔρρωται: — fr. 13. § 1.

Ἐὰν δώσω σοι ἐπὶ τῷ κτίσαι τὸ ἔδαφός σου ἢ γεωργῆσαι τὸν ἀγρόν σου, ὅπερ οὐκ ἤμελλες ποιεῖν, οὐκ ἀναλαμβάνω αὐτό· δωρεὰ γάρ ἐστιν. ὅθεν μεταξὺ τῶν συνοικούντων κεκώλυται: — fr. 13. § 2.

Ἐὰν ἡ γυνὴ τὰ δωρηθέντα αὐτῇ δανείσῃ καὶ λάβῃ τόκους, κερδαίνει αὐτούς: — fr. 15. § 1.

ιθ'. Ἐὰν ἡ γυνή μου δωρήσηταί μοι δοῦλον καὶ ἀγοράσῃ πρᾶγμα, τῆς γυναικὸς γίνεται, ὁθενδήποτε εἰ δέδωκ[ε τ]ὰς τιμάς· οὔτε γὰρ [ἐκ] τῶν ἰδίων πραγμάτων μου προσπορίζεταί μοι· τοῦτο γὰρ οἱ καλῇ πίστει νομεῖς ἔχουσιν, ἐγὼ δὲ γινώσκων ἀλλότριον νέμομαι. εἰ δὲ ἐκ τῶν ἐμῶν ἠγοράσθη τὸ πρᾶγμα, παρακρατῶ τὸ πρᾶγμα περὶ τῆς προικὸς ἐναγόμενος. εἰ δὲ μὴ παρακρατήσω, ἀπαιτῶ αὐτά: — fr. 19 pr. § 1.

Ἐὰν δωρησάμενος γυναικὶ ἀγάγωμαι αὐτὴν μὴ πληρώσασαν τὴν ἐπὶ τῷ δωρηθέντι διὰ χρήσεως κυριότητα[1] καὶ λυθῇ ὁ γάμος, οὐδὲν ἧττον τρέχει ὁ χρόνος: — fr. 24.

Ἐὰν ἡ γυνὴ τόκους ἐπερωτήσῃ τῆς προικὸς, οὐ [κε]χρεώστηνται μὲν, οὔτε δύναται διὰ τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀγωγῆς ἀπαιτεῖν αὐτούς: — fr. 28. § 7.

Ἐὰν δωρήσωμαι τῇ γυναικί μου ἔδαφος καὶ κτίσῃ ἐν αὐτῷ οἶκον, ἐμὸς ὁ οἶκος γίνεται, καὶ διὰ παρακατασχέσεως ἡ γυνὴ λαμβάνει παρ' ἐμοῦ τὰς δαπάνας: — fr. 31. § 2.

Ἐὰν ἀληθοῦς τιμήματος τῆς πράσεως γενομένης, σύμφωνον κατὰ δωρεὰν γένηται ὥστε μηδὲν τὸν ἀγο

[1] quaedam exciderunt: puta: ἢ τῇ γαμετῇ μου δωρήσω.

[LIBER XXX, TITULUS I.]

pretium praestare vel res, habita ratione eorum, quae praeter fructus circa eas impensa sunt. idem est et si uxor queratur dotem minoris esse aestimatam. nam ei datur electio. idem est et de aestimatione eius quod utendum datum est.

fr. 7. § 5. D. 24, 1.

Si uxor id quod sibi donatum est alteri tradiderit vivo marito, sicuti ex donatione, ita ex hoc traditio pendet. fr. 11. § 9.

Et deportationis causa facta donatio valet.

fr. 13. § 1.

Si dedero tibi, ut aedifices in arca tua vel ut colas fundum tuum, quod non fueras facturus, non id repeto: est enim donatio. quare inter coniuges prohibetur. fr. 13. § 2.

Si uxor ea quae sibi donata sunt mutuo dederit et usuras acceperit, sibi lucratur. fr. 15. § 1.

Si uxor mea servum mihi donaverit [is]que rem emerit, uxoris fit, undecumque pretium solverit: neque enim ex re mea propria mihi adquirit. hoc enim bonae fidei possessoribus tributum est; ego autem sciens rem esse alienam possideo. Quod si pecunia mea empta sit res, rem retineo de dote conventus et si eam non retinuero, eam peto.

fr. 19 pr. § 1.

Si cum mulieri donassem, eam uxorem duxero, cum ipsa rei donatae nondum usucapionem implevisset et nuptiae sint solutae, nihilominus currit tempus. fr. 24.

Si uxor dotis usuras fuerit stipulata, nullomodo debentur neque potest ipsa per dotis actionem eas petere. fr. 28. § 7.

Si donavero uxori meae aream ipsaque aedificaverit in ea domum, haec mea fit, et per retentionem uxor accipit a me impensas. fr. 31. § 2.

Si vero pretio facta cum sit venditio, pactum donationis causa accedat, ut nihil

fol. 61ʳ. -*ἄκριτα δὲ τὰ τῶν παίδων καὶ ἡμεῖς οὐ δίδομεν τοῖς ἀσελγαίνουσιν ἀλλὰ τοῖς σωφρονοῦσι τὸν νόμον.*

Οὐ διαφερόμεθα δὲ περὶ τῶν παίδων, εἴτε ἄρρενες εἴτε θήλειαι καθεστήκοιεν· ὥσπερ γὰρ ἡ φύσις οὐδὲν περὶ τὰ τοιαῦτα τεχνολογεῖ, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἄλλον ἐπ' ἀρρένων καὶ ἄλλον ἐπὶ θηλειῶν κατὰ τοῦτο τίθεμεν νόμον: —

Nov. 89. c. 12. § 5.

Εἰ μέντοι (δεῖ γὰρ διὰ πάσης ὁδοῦ ἀκριβείας τε ὁμοῦ καὶ εὐσεβείας ἐλθεῖν) ἔχων τις παῖδας γνησίους καταλείποι καὶ νόθους, ἐξ ἀδιαθέτου μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ὑπάρχειν παντελῶς βουλόμεθα, ἀποτρέφεσθαι δὲ τοὺς νόθους παρὰ τῶν γνησίων θεσπίζομεν κατὰ τὸ πρέπον τε καὶ πρὸς τὸ τῆς οὐσίας μέτρον παρ' ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμαζόμενον. τοῦτο δὴ τὸ παρὰ τοῖς ἡμετέροις νόμοις λεγόμενον: —[1] c. 12. § 6.

Ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, κἂν εἰ γαμετὴν μὲν ἔχοι, παῖδας δὲ νόθους ἐκ τῆς προτελευτησάσης παλλακῆς αὐτῷ γενομένους, ὥστε κἀκείνους ἀποτρέφεσθαι παρὰ τῶν αὐτοῦ διαδόχων. περὶ γὰρ ἐγγόνων νόθων τὰ ἤδη παρ' ἡμῶν ῥητῶς περὶ αὐτῶν διατεταγμένα κρατείτω: — ib.

Ἐφ' ὧν δὲ θεμάτων τοὺς νόθους παῖδας ἐκαλέσαμεν εἰς τὴν διαδοχήν, ἐπὶ τούτων καὶ αὐτοὶ τὴν πρέπουσαν τοῖς φυσικοῖς πατράσιν εὐγνωμοσύνην τηρείτωσαν καὶ αὐτῷ τῷ μέτρῳ, ᾧπερ οἱ γονεῖς προνοοῦσι τῶν φυσικῶν παίδων κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, καὶ αὐτοὶ τοὺς γονεῖς ἀμειβέσθωσαν, εἴτε εἰς τὰς διαδοχάς, εἴτε εἰς τὰς ἀποτροφάς, καθάπερ ἐπὶ αὐτῶν νενομοθετήκαμεν: — c. 13.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἔν τισι τῶν διατάξεων εἴρηται δεῖν εἰς ἅπερ οἱ πρὸς δωροῦνται τοῖς παισὶν ἢ καταλιμπάνουσιν, εἰς ταῦτα καὶ κηδεμόνας αὐτοῖς παρέχειν βεβαιουμένους[2] μέντοι, τοῦτο κύριον εἶναι καὶ νῦν τίθεμεν διδόντες καὶ τῇ μὴ κατὰ τὸ ἤδη περὶ τούτων διατεταγμένον καὶ τῶν φυσικῶν ἐπιτροπεύειν παίδων. τελευ-

[1] boni viri arbitratu, supple cum Novellarum edit.

[2] *βεβαιοῦμεν οὓς* cod.

[LIBER XXXII, TITULUS II.]

incertae etiam filiorum res, neque nos intemperantibus, sed honestis hominibus legem damus.

Non distinguimus autem inter liberos, masculine sint an feminae, sicut enim natura nihil circa eiusmodi distinguit, ita nec nos alteram de maribus et alteram de feminis in hac re legem condimus. Nov. 89. c. 12. § 5.

Si quis autem (necesse enim est per totam diligentiae simul atque pietatis viam ingredi) cum liberos habeat legitimos relinquat etiam naturales, nihil ab intestato eis competere omnino volumus, ali autem naturales a legitimis volumus prout decet, secondum patrimonii quantitatem a bono viro aestimandam: hoc est quod in nostris legibus vocatur [boni viri arbitratus]. c. 12. § 6.

Hoc ipso servando, etiam si uxorem habuerit et filios naturales sibi natos ex concubina praemortua, ita ut et ii alantur ab eius successoribus. Circa vero nepotes naturales ea, quae iam a nobis de iis expresse constituta sunt, valeant. ib.

In quibus vero casibus naturales filios vocavimus ad successionem, in isdem et ipsi naturalibus patribus convenientem servanto gratitudinem eademque mensura, qua parentes naturalibus liberis consulunt ex nostra lege, et ipsi parentes remunerent, sive in successionibus, sive in alimentis, quemadmodum de eis constituimus. c. 13.

Quoniam vero in quibusdam constitutionibus dictum est in rebus quas patres liberis donant vel relinquunt tutores confirmandos eis dari, id ratum et nunc esse volumus, et matri (secundum id quod iam de his rebus est statutum) facultatem damus naturalium quoque filiorum tutelam suscipiendi. Ultima autem nos legis pars expectat, ut et ipsa

ταῖον δὲ ἡμᾶς τοῦ νόμου μέρος ἐκδέχεται ὥστε καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν τάξιν λαχεῖν καὶ ἐξαριθμήσασθαι τίνες οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ τῶ[ν]νόθων ἄξιοι καθεστᾶσιν ὀνόματος. πρότερον μὲν γὰρ πᾶς ὁ ἐκ συνελεύσεων (οὐ γὰρ καλέσομεν γάμον) ἢ NEFRIΩN[1] ἢ INEŠTΩN[2] ἢ δαMNατων προελθὼν οὗτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν: —

congruentem ordinem sortiatur et enumeremus quinam ne naturalium quidem appellatione digni habeantur. Et primum quisque ex coniunctionibus (non enim nuptias vocabimus) vel nefariis vel incestis vel damnatis procreatus neque naturalis filius vocabitur, neque alimenta a parentibus consequetur neque cum hac lege quidquid commune habebit.

ὁ οὗτοι ἁμαρτάνοντες εἰς ἁρπαγεῖσαν παρ: — τῶν εἰς συγγένειαν: — *fol.* 61ᵛ. *l.* καταδεδιασμένων: —

÷ *hi sunt qui peccant in raptam virginem.* ÷ *qui peccant cum cognatis.* ·/· *condemnatis.*

[1] l. NEFARIΩN. [2] l. INCESTΩN.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΓ', ΤΙΤΛΟΣ Α'

περὶ υἱοθεσιῶν: — ἐκ[1] τῶν διατάξ[εων]: —

Τῆς θυγατρός μου ζησάσης αὐτεξουσίας καὶ διαθεμένης, οὐ δύναμαι μετὰ θάνατον αὐτῆς λέγειν ὡς ἀνισχύρως αὐτὴν αὐτεξούσιον[2] ἐποίησα: — fr. 25 pr. D. 1, 7.

κδ'. Ὁ ἔχων υἱὸν καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐγγόνους ὑπεξουσίους ἄδειαν ἔχει ὃν θέλει αὐτεξούσιον ποιῆσαι καὶ τὸν ἄλλον παρακρατῆσαι ἢ πάντας αὐτεξουσίους ποιῆσαι. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἐγγόνων: — fr. 28.

Β. η'. τ κο τ μζ'. Καὶ ὁ σπάδων διὰ τῆς θέσεως κτᾶται ὑπεξούσιον κληρονόμον: — fr. 40. § 2.

λη'. Ἄνηβον αὐτεξούσιον ὁ βουλόμενος υἱοθετῆσαι εἰς τάξιν φυσικῆς γονῆς ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος, τοῦτο ποιείτω· παρόντων τῶν συγγενῶν αὐτοῦ καὶ διαβεβαιουμένων, ὅτι συμφέρει αὐτῷ, ὁμολογοῦντος καὶ τοῦ θετοῦ πρς ὅτι τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ καταλιμπάνει αὐτῷ ἤγουν δίδωσιν αὐτεξούσιον αὐτὸν ποιῶν. c. 2. C. VIII, 47.

Τὸν ἀπελεύθερον ὁ πάτρων οὐ δύναται υἱοποιήσασθαι εἰ μὴ ἐξ εὐλόγου αἰτίας, οἷον ἐὰν παῖδας οὐκ ἔχῃ: — c. 3.

μα'. Ἡ γυνὴ οὐ δύναται υἱοποιήσασθαι, ἥτις οὐδὲ ὑπεξουσίους ἔχει τοὺς παῖδας· ἀλλ' ἐπειδὴ εἰς παραμυθίαν τῶν ἀπολλομένων παίδων βούλεται λαβεῖν, δίδομεν αὐτῇ τοῦτο ποιεῖν, ὡσανεὶ ἐξ αὐτῆς τεχθέντα αὐτόν: — c. 5.

Δεῖ τὸν λαμβάνοντα εἰς υἱοθεσίαν εἶναι μείζονα τοῦ λαμβανομένου, ἐπειδὴ πρὸς μίμησιν τῆς φύσεως ἐπινενόηται. ἡ δὲ φύσις πρεσβύτερον οἶδε τοῦ υἱοῦ τὸν πρὰ. νομίζεται γὰρ τέρας εἶναι καὶ τῆς φύσεως ἀλλότριον τὸ λέγειν μείζονα εἶναι τὸν παῖδα τοῦ πρς. ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ ὑπεξουσίων καὶ αὐτεξουσίων προβαίνει. δεῖ δὲ προηγεῖσθαι τὸν πρα ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτούς. ἡ γὰρ τοιαύτη ἡλικία ἐφηβότης λέγεται τελεία, ὅτε καὶ οἱ βραδέως ἡβῶντες ἡβῶσι, τοῦ σχήματος πάντως[3] συντρέχοντος:[4] — § 4. I. 1, 11.

Ὁ εὐνοῦχος ὄνομά ἐστι γενικόν· τέμνεται δὲ εἰς τρία· τῶν γὰρ εὐνούχων οἱ μέν εἰσι σπάδοντες, οἱ δὲ καστράτοι, οἱ δὲ[5]

[1] ἑα cod. [2] ita et alibi. [3] παντὸς cod. [4] Nempe ex Theoph.; nisi quod verba artis latina graece sunt reddita. [5] Expl. folium: contin. ut *supra* p. 39.

LIBER XXXIII, TITULUS I

de adoptionibus. — Ex constitutionibus.

Cum filia mea tamquam sui iuris vixerit et testata sit, non possum post eius mortem dicere me eam inutiliter emancipavisse. fr. 25 pr. D. 1, 7.

Qui filium habet et ex eo nepotes in potestate, quem vult potest sui iuris facere et alium in potestate retinere, vel omnes emancipare. Eadem et in nepotibus optinent. fr. 28.

Et spado per adoptionem adquirit heredem suum. lib. VII. Cod. tit. 1 fr. 40. § 2.

Impuberem sui iuris si quis velit adoptare ad vicem naturalis subolis apud magistratum, id facito: praesentibus necessariis eius et confirmantibus id ei expedire, promittente et adoptivo patre se trientem substantiae suae ei relicturum, vel daturum si eum emancipaverit. c. 2. C. VIII, 47.

Libertum patronus adoptare nequit, nisi ex iusta causa, veluti quia liberos non habeat. c. 3.

Mulier non potest adoptare, quae neque filios in potestate habet; sed quoniam in solacium amissorum filiorum accipere vult, id ei facere concedimus, [ut habeat] eum quasi ex se progenitum. c. 5.

Oportet eum qui adoptat maiorem natu esse eo, qui in adoptionem suscipitur, cum (adoptio) ad naturae imitationem sit excogitata. Natura vero seniorem patrem filio novit. pro monstro enim putatur et a natura alienum si dicatur filius natu maior esse patre. haec et in (adoptionibus) eorum qui alieni iuris et eorum qui sui iuris sunt procedunt. Oportet autem patrem (adoptivum) decem et octo annis praecedere. Nam eiusmodi aetas plena dicitur pubertas, quando et illi quoque pubescunt qui tardius pubescunt, omnimodo habitu corporis concurrente. § 4. I. 1, 11.

Eunuchi nomen generale est, sed trifariam dividitur; eunuchorum enim quidam sunt spadones, quidam castrati, quidam

(*Supplem. pag.* 52.)

fol. 63ᵛ. ἢ τινι καὶ[1] περὶ τὰ οἰκεῖα ἐκέχρητο· τοὺς δὲ τοκετοὺς τῶν θεραπαινῶν καὶ τοὺς τῶν τοκετῶν τοκετοὺς ἀποκαθίστησιν· οὐ γάρ εἰσι καρποί. ὑπεξαιρεῖ δὲ ὅσα περὶ τὴν κληρονομίαν ἐδαπάνησεν. εἰ δὲ τῷ χρόνῳ τὰ οἰκήματα χωρὶς ῥαθυμίας αὐτοῦ διὰ τῆς χρήσεως ἐκυριεύθησαν, οὐ καλεῖται: — fr. 23. § 3. D. 36, 1.

Ἐὰν ἐνστήσωμαι τὴν θυγατέρα μου κληρονόμον καὶ ἀξιώσω αὐτὴν ἄπαιδα τελευτῶσαν ἀποκαταστῆσαι πέτρῳ τὸν κλῆρον καὶ προικίσῃ ἑαυτὴν, εἶτα τὸν ἄνδρα τελευτῶσα γράψῃ κληρονόμον, ὑπεξαιρεῖται ἡ προὶξ ἐκ τοῦ φιδεικομμίσσου, ὥςπερ εἰ τὸ περιλιμπανόμενον ἐκελεύσθη ἀποκαταστῆσαι. εἰ δὲ τοσούτους καρποὺς ἔλαβεν ἡ θυγάτηρ ὅσοι δύνανται πληρῶσαι τὴν προῖκα, ἐξ αὐτῶν καὶ οὐκ ἐκ τοῦ φιδεικομμίσσου ὀφείλει δοθῆναι ἡ προίξ: — fr. 23. § 4.

Ἐὰν ἀξιώσω τὸν κληρονόμον μου τὸ περιερχόμενον εἰς αὐτὸν εὐθέως ἀποκαταστῆσαι τῷ υἱῷ μου, εἰ δὲ καὶ προαποθάνῃ τῇ μρι αὐτοῦ, ἐὰν ἡ πρὸ τῆς προχωρήσεως ἢ μετὰ ταῦτα τὸ παιδίον ἀποθάνῃ, τῇ μητρὶ κεχρεώστηται[2] τὸ φιδεικόμμισσον καὶ οὐ τοῖς κληρονόμοις τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ἄρα περιὼν καὶ γενόμενος ἔφηβος ἔλαβεν αὐτό: — fr. 26 pr.

Ἐὰν δοῦλον γράψας κληρονόμον ἀξιώσω τὸν δεσπότην αὐτοῦ ἀποκαταστῆσαι αὐτῷ ὅτε γένηται ἐλεύθερος, ἔρρωται: — fr. 26. § 1.

Ἐξ ὁλοκλήρου γράψας τὸν υἱόν μου κληρονόμον ὕστερον ἐποίησα κωδικέλλους ἐν οἷς εἶπον αὐτὸν ἄπαιδα τελευτῶντα τὴν κληρονομίαν ἀποκαταστῆσαι τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ· ὁ υἱὸς διατιθέμενος δοῦλον τῆς κληρονομίας ἠλευθέρωσεν. εἴτε τὴν δύναμιν τῶν κωδικέλλων ἐγίνωσκεν, εἴτε μὴ, τὴν τιμὴν τοῦ δούλου κεχρεώστηται ἡ ἀδελφὴ, τῆς ἐλευθερίας διὰ θάλψιν φυλαττομένης: — fr. 26. § 2. 3.

Ἐὰν ὁ αὐτεξούσιός μου υἱὸς αἰτήσῃ κατὰ διαθήκης ὑπεναντιότητα, οὐκ ἀναγκάζεται προσελθεῖν ὁ κληρονόμος, ἐπειδὴ λοιπὸν οὔτε ἡ ἀποκατάστασις οὔτε τὰ ληγάτα χώραν ἔχουσιν. εἰ μέντοι ἄδηλόν ἐστιν εἴπερ ὁ υἱὸς αἰτεῖν αὐτὴν μέλλει, ἀναγκάζεται προσελθεῖν ὁ κληρονόμος: — fr. 28. § 6.

[1] suppl. I[a] m. [2] καὶ χρεοστηται cod.

qua et circa res proprias utebatur; partus vero ancillarum et partuum partus reddit; non enim in fructibus sunt. excipit tamen quaecunque circa hereditatem impendit. si vero tempore aedes sine culpa eius per usum adquisitae sunt, non tenetur. fr. 23. § 3. D. 36, 1.

Si filiam meam heredem instituero eamque rogavero, ut, si sine liberis decesserit, Petro hereditatem restituat et sibi dotem constituerit, deinde moriens virum heredem scripserit, excipitur dos a fideicommisso, ac si quod superfuisset rogata esset restituere. quod si tot fructus filia percepit, quot possent dotem efficere, ex iis et non ex fideicommisso dos praestari debet. fr. 23. § 4.

Si rogavero heredem meum, ut quidquid ad eum pervenerit statim filio meo restitueret, et, si prius decesserit, matri eius, sive ante diem cedentem sive postea filius decesserit, matri debetur fideicommissum et non filii heredibus, nisi forte vivus pubesque factus id acceperit. fr. 26 pr.

Si, servo herede scripto, dominum eius rogavero, ut ei, cum liber fuerit factus, restituat, valet. fr. 26. § 1.

Filio meo ex asse herede scripto, deinde codicillos feci, in quibus dixi, ut si is sine liberis decederet, hereditatem sorori suae restitueret. Filius in testamento servum hereditarium liberum esse iussit. Sive codicillorum potestatem noverit, sive non, pretium servi sorori praestari oportet, libertate propter favorem servata. fr. 26. § 2. 3.

Si filius meus sui iuris contra tabulas bonorum possessionem petierit, non cogitur heres adire, quia iam neque restitutio, neque legata locum habent. si vero incertum est, utrum filius sit petiturus necne, cogitur heres adire. fr. 28. § 6.

fol. 63v. Ὁ κελευσθεὶς ἰδίους ἐλευθερῶσαι δούλους καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῖς ἀποκαταστῆσαι τὴν τιμὴν αὐτῶν ἐκ τῆς ἀποκαταστάσεως ἐξαιρεῖ: — fr. 28. § 17.

Qui iussus est suos servos manumittere iisque hereditatem restituere pretium eorum ex fideicommisso detrahit. fr. 28. § 17.

Ὁ πρεσβευτὴς ὕποπτον λέγων τὴν κληρονομίαν ἀναγκάζεται καὶ ἐν τῇ πρεσβείᾳ τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως ὑποδέξασθαι δικαστήριον. εἰ δὲ καὶ διασκέψασθαι θέλει, ἀναγκάζεται ὑπεισελθεῖν οὐκ ἐπὶ τῷ εὐθὺς ἀποκαταστῆσαι, ἀλλ' ἵνα μετὰ τὸ ὑποστρέψαι εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εἰ μὲν ἑκὼν βουληθῇ, ἀποκαταστήσῃ χρώμενος ὡς τῷ φαλκιδίῳ· εἰ δὲ νομίσοι μὴ συμφέρειν ἑαυτῷ, τὸ πᾶν ἀποκαταστήσῃ: — fr. 31 pr.

Legatus qui suspectam dicit hereditatem cogitur vel in legatione accipere iudicium de fideicommisso. si vero deliberare velit, cogitur adire non ut statim restituat, sed ut domum suam reversus, si sponte voluerit, restituat veluti falcidia usus; sin autem putaverit sibi non expedire, totum restituat. fr. 31 pr.

Ἐὰν εἴπω ἀποκαταστῆσαι τὰ πράγματά μου ἢ πάντα τὰ ἐμὰ καθομάδα, φιδεικόμμισσόν ἐστιν. τὸ γὰρ εἰπεῖν ἐμὸν ἢ σὸν καὶ ἀγωγὰς περιέχει: — fr. 31. § 1.

Si dixero restituere bona mea vel omnia mea generaliter, fideicommissum est. Nam appellatione „mei" et „tui" etiam actiones continentur. fr. 31. § 1.

Ἐὰν υἱῷ μου ἢ δούλῳ μου ἀποκαταστῇ κληρονομία καὶ τοῦτο ἀναδέξωμαι, μετέρχονται εἰς ἐμὲ αἱ ἀγωγαί. Εἰ μὲν ἐν δικαίῳ κληρονομίας παρακρατεῖ τὸ τετραούγκιον ὁ κληρονόμος, ἀναλόγως εἰς αὐτὸν καὶ τὸν φιδεικομμισσάριον αἱ ἀγωγαὶ μερίζονται· εἰ δὲ ἐν πράγμασιν ἢ νομίσμασιν λάβῃ τὸ τετραούγκιον, ληγαταρίου τάξιν ἐπέχει καὶ μόνος ὁ φιδεικομμισσάριος ἐνάγεται: — fr. 31. § 2. 3.

Si filio meo vel servo meo restituatur hereditas idque ratum habuero, transeunt in me actiones. Si quidem iure hereditario retinet quadrantem heres, pro portione in eum et in fideicommissarium actiones dividuntur. Si vero in rebus vel pecunia quadrantem acceperit, legatarii vicem optinet et solus fideicommissarius convenitur. fr. 31. § 2. 3.

Ἐὰν τῷ χωρὶς αἱρέσεως ἐλευθερωθέντι κελευσθῶ τὴν κληρονομίαν ὑπὸ αἵρεσιν ἀποκαταστῆσαι, λέγων αὐτὴν ὕποπτον, κληρονομεῖν ἀναγκάζομαι καὶ ἀποκαθιστᾶν, καὶ τῆς αἱρέσεως ἀτονούσης ἡ ἐλευθερία οὐκ ἀνατρέπεται. εἰ δὲ τῷ ὑπὸ ἡμέραν ἐλευθερωθέντι ἠξιώθην ἀποκαταστῆσαι, οὐκ ἀναγκάζομαι πρὸ τῆς ἡμέρας κληρονομεῖν· οὐ δυνατὸν γὰρ τῷ μήπω ἐλευθέρῳ κληρονομίαν ἀποκαθιστᾶν καὶ οὔτε παρὰ τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου ἡ ἐλευθερία δίδοται: — fr. 32 pr. § 1.

Si ei qui pure manumissus est iussus sim hereditatem sub condicione restituere, si dicam eam suspectam, adire cogor et restituere atque, condicione deficiente, libertas non revocatur. Si vero ei qui sub condicione est manumissus rogatus sim restituere, non cogor ante diem adire; nondum enim manumisso hereditas restitui non potest neque contra testatoris voluntatem datur libertas. fr. 32 pr. § 1.

Ἐὰν ἀξιώσω τὸν κληρονόμον μου πάντα τὰ εἰς αὐτὸν ἐρχόμενα χρήματα τῆς ἐμῆς κληρονομίας ἢ τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἀποκαταστῆσαι τῇ πόλει μου ἄπαιδα τελευτῶντα, τούτοις τοῖς ῥήμασι τὰ χρήματα καὶ τοὺς καρποὺς, οὓς ἔλαβεν ἐκ τῆς κληρονομίας, ἀποκαθίστησιν, ὡσανεὶ τοῦτο ῥητῶς ἠξιώθη: — fr. 33.

Si rogavero heredem meum omnem pecuniam ex hereditate mea meisve bonis ad eum pervenientem civitati meae restituere, si sine liberis decesserit, his verbis et pecuniam et fructus, quos ex hereditate percepit, restituere [compellitur], perinde atque si de hoc specialiter rogatus fuerit. fr. 33.

IN FRAGMENTA INDICIS OBSERVATIONES.

LIBER XVI,

tit. 1 redit etiam in fol. 252^{v}.

tit. 2 In libro palimpsesto legitur *αὐξουμένης*, scilicet ab *αὐξέω* (quae forma est tamen admodum rara): v. L. Dindorfium in *Thesauro* Stephani s. v.

LIBER XVIII,

tit. 1 redit etiam in fol. 240^{r}.

tit. 4 „ „ „ „ 240^{v}. Utrobique *ἐν τῷ τούτῳ τ. τ.* Tacite correxi.

tit. 5 redit etiam in fol. 240^{v}. Vocabulum *ἀγωγῆς* deest utrobique. Si codicis lectionem retinendam putas, verte: De peculio.

tit. 7 redit etiam in fol. 240^{v}.

LIBER XIX,

tit. 1 redit etiam in fol. 166^{r}.

tit. 7 „ „ „ „ 246^{v}. Utrobique *πραιθὲν*. Tacite correxi.

tit. 8 redit etiam in fol. 246^{r}. Utrobique *ἀγωγῶν*. Quam lectionem si tueris, verte *De actionibus*. Adde *μὴ* ante *κεκωλ.*: in fine *περὶ τῶν* etc.

tit. 10 Codex habet *ἀγορασνομου*. Item inferius omittit v. *ἥττονος*. Utrumque correxi.

tit. 12 redit etiam in fol. 219^{v}.

tit. 19 „ „ „ „ 219^{r}.

LIBER XX,

tit. 3 redit etiam in fol. 219^{v}.

tit. 4 „ „ „ „ 219^{v}—224^{r}. Utrobique *συναλλαττόντων* et *ποιήσει* (recte). Nunc video haec sequi: *καὶ ἐπιλείπει ἀγωγή*: atque actio deficit.

LIBER XXI,

tit. 1 redit etiam in fol. 224^{r}.

LIBER XXII,

tit. 1 redit etiam in fol. 224^{v}.

tit. 4 „ „ „ „ 191^{r}.

tit. 5 „ „ „ „ 230^{v}. In f. 230^{v} melior lectio invenitur: *ἐπακτοῦ* atque *δικαστικοῦ*. In ind. *ικ* supra v^{um} *δικαστοῦ* suppletum detegitur.

tit. 6 Voc. *τοῦ* deest in libro: *ἐν δίκῃ* (sic).

LIBER XXIII,

tit. 1 redit etiam in fol. 174^{r}.

tit. 2 „ „ „ „ 159^{v}. Corr. *ἤγουν* (sic utrobique).

tit. 3 *π τόκων καὶ ἐνεχυραζόντων ἐπιτιμίων καὶ πάσης* cet.: de us. et pignerantium poenis et cet.

LIBER XXIV,

tit. 1 redit etiam in fol. 176^{r}. Post *δοθέντος* utrobique *καὶ*. Utrobique legitur (perperam) *καταβληθέντος* (*παρακολ.*). Postrema verba *καὶ—πραγματος* desunt in fol. 176^{r}: contra post v. *πράγματος* in fol. 204 sequitur verbum: *ἀναλαμβάνειν*.

tit. 2 *πράγματος* legitur in libro (post *ἀπαίτ.*).

tit. 3 Cod.: *ἄνευ αἰτ. ἢ ἀδίκου αἰτ.* Infra: *ἐνοχῶν ἀγωγῶν*.

tit. 4 redit etiam in fol. 152^{r}: *τοῦ* ante *πατρὸς* om. utrobique.

tit. 5 redit etiam in fol. 152^{r}. Voc. *ὁ* omittit cod.: dele. Emenda (ut habet et cod.) *ἐνέχηται*.

tit. 6 redit etiam in fol. 152^{r}.

tit. 7. 8 redeunt in fol. 152^{v}, 153^{r}. In tit. 8 cod. legit (perperam) *ἀπαιτήσεως πάντως στ.*; v^{um} *τοῦ* initio om. cod.

tit. 9 redit etiam in fol. 153^{v}. Ubi additur vox *χρὴ*, quae abest in fol. 204^{v}.

LIBER XXV,

tit. 1 redit etiam in fol. 153^{v}.

tit. 2 „ „ „ „ 185^{r}.

tit. 3 „ „ „ „ 185^{v}.

tit. 4 „ „ „ „ 185^{v}. *ἐνέχυρα* utrobique.

tit. 5 „ „ „ „ 154^{r}; in ind. perperam *ἐνεχόμενα*: utrobique male *ἔχονται*. In ind. *ὄντινες*.

tit. 6 redit etiam in fol. 154^{v}. *πῶς ἢ καὶ* ind.

tit. 7 „ „ „ „ 154^{v}, ind.: *πράσεως*. utrobique: *τῶν ἐνεχ. καὶ τῶν ὑπ.*

LIBER XXVI,

tit. 1 *καὶ μανδάτων* (sic).

tit. 2 *ἢ τῶν ἀντ.*

tit. 5 redit etiam in fol. 157^{v}.

tit. 6 *ἤγουν.*
tit. 7 *ἀντελλόγου καὶ βοηθείας γ.*: compensatione et auxilio mul.

LIBER XXVIII,

tit. 6 redit etiam in fol. 163ᵛ.
tit. 9 „ „ „ „ 212ʳ.
tit. 10 „ „ „ „ 212ʳ.
tit. 12 „ „ „ „ 237ʳ.
tit. 13 om. *τοῦ* ante *προτ.*; *ὑποδέξ.*
tit. 14 redit etiam in fol. 199ᵛ.

LIBER XXIX,

tit. 4 redit etiam in fol. 3ᵛ.
tit. 5 „ „ „ „ 6ᵛ.
tit. 6 „ „ „ „ 1ᵛ. Ibid. *προγαμιαίου* (in fol. 252 —*ας*).

LIBER XXXI,

tit. 1 redit etiam in fol. 25ᵛ.
tit. 2 (*ιβ'* sic) l. *γονεῦσι καὶ πάτρωσι* (*latine*: parentibus et patronis).
tit. 3 post *παίδων* nihil desideratur.
tit. 4 redit etiam in fol. 30ᵛ.
tit. 6 (*ϛ'* non *ε'*) *π̣ τῶν — παίδων ἀπὸ γονέως.*

LIBER XXXII,

tit. 1 redit etiam in fol. 11ᵛ. *ν. καὶ τῶν ἐκ ν. γιν.*
tit. 2 „ „ „ „ 32ᵛ.

LIBER XXXIII,

tit. 1 redit etiam in fol. 61ʳ.
tit. 2 „ „ „ „ 41ʳ.

LIBER XXXIV,

tit. 1 redit etiam in fol. 41ʳ.

LIBER XXXV,

tit. 1 om. *καὶ.*
tit. 2 redit etiam in fol. 28ʳ.
tit. 3 „ „ „ „ 28ʳ.
tit. 4 „ „ „ „ 28ᵛ. Ubi *διατίθεσθαι.*
tit. 5 „ „ „ „ 23ʳ.
tit. 6 „ „ „ „ 23ʳ.
tit. 7 „ „ „ „ 23ᵛ. *ἀπαιλειφέντων* (sic).
tit. 8 „ „ „ „ 16ʳ. l. *περὶ παίδων καὶ κτλ.* (*latine* de liberis et postumis etc.).
tit. 9 redit etiam in fol. 16ᵛ.
tit. 10 „ „ „ „ 27ᵛ.
tit. 11 „ „ „ „ 49ʳ.
tit. 12 „ „ „ „ 71ʳ.
tit. 14 „ „ „ „ 228ʳ.
tit. 15 in fine *τὴν κληρ.*
tit. 16 Verbum *δεσποτῶν* (omnino supplendum) omittit cod.
tit. 17 liber: *π̣ τῶν ἀγαθῆς*: an *π̣ τῶν ἀγαθῶν*? In latinis em.: tabulas.

LIBER XXXVII,

tit. 2 *ἐν διαθήκῃ καὶ* (sic).
tit. 4 (*δ'* non *γ'*).
tit. 7 *ἐδιοίκ.*
tit. 9 malim: *ἐνάγειν*, ut verti possit *agere vel convenire.*
tit. 12 perperam (ex itacismo) habet cod.: *εἶ ἦ καὶ ηεν* (*εἶεν*) *αὐτοῖς.* In lat. l. *transituras.*

LIBER XXXVIII,

tit. 2 legendum *ἢ* pro *καὶ* idest *vel* (*δαπανημ.* sic).
tit. 3 corr. *ἀγωγῆς*; perperam habet cod. *παρατεῖσθαι.* (num *ἀπαιτεῖσθαι*?)
tit. 4 redit etiam in fol. 52ᵛ.
tit. 7 „ „ „ „ 52ᵛ. Ubi legitur *μετὰ τῆς πίστεως.*
tit. 8 redit etiam in fol. 35ᵛ.
tit. 9 *οἵτης*: correxi.
tit. 10 redit etiam in fol. 233ʳ. *μαινομένοις* utrob.
tit. 11 „ „ „ „ 233ᵛ.
tit. 17 „ „ „ „ 233ᵛ.
tit. 19 „ „ „ „ 49ʳ.

LIBER XXXIX,

tit. 1 redit etiam in fol. 49ʳ: in ind. *πέμψ.* (sic).
tit. 2 „ „ „ „ 36ᵛ. Ubi deest v. *ἀκύρου.*

LIBER XL,

tit. 1 redit etiam in fol. 51ʳ.
tit. 3 „ „ „ „ 51ʳ.
tit. 4 „ „ „ „ 51ᵛ.
tit. 5 „ „ „ „ 57ʳ. Ubi additur *π̣ τοῦ* et legitur *καρβονιαniu* (ind. —*νοῦ*).
tit. 6 redit etiam in fol. 57ᵛ.
tit. 7 „ „ „ „ 57ᵛ. Ubi perperam pro *πότε* legitur *π̣* (*περὶ*). In fol. 57 *ἐφαρμόσῃ* (sic). In fine *τῶν* ibidem ommittitur. emendo: *τοῖς αἰτοῦσι.* In ind. loco priore *διακατ.*
tit. 8 redit etiam in fol. 17ʳ.
tit. 9 „ „ „ „ 17ʳ. Ubi v. *διακατοχῆς* omittitur.

LIBER XLI,

tit. 1 redit etiam in fol. 58ᵛ.
tit. 5 „ „ „ „ 45ᵛ.

tit. 6 redit etiam in fol. 21^{v}. Ubi *περιουσίας*.
tit. 7 „ „ „ „ 18^{r}.

LIBER XLII,

tit. 2 redit etiam in fol. 40^{v}.
tit. 3 „ „ „ „ 54^{r}. Ubi perperam *μετρίσεως* (—*ήσεως*).
tit. 4 redit etiam in fol. 24^{v}.

LIBER XLIII,

tit. 1 redit etiam in fol. 62^{v}. *γενομένων*(sic). Lege *προστίμων* cfr. inscr. tit. 7^{l} in edd.
tit. 2 „ „ „ „ 31^{r}. In fol. 12 *ἀνεσχομένον*.
tit. 3 redit etiam in fol. 31^{r}.
tit. 4 deest in Indice, sed extat in corpore: *περὶ ἐπερωτήσεων πραιτωρίων* (*τίτλος Δ', βιβλίου μγ'*). V. infra: h. e: de stipulationibus praetoriis.
tit. 6 redit etiam in fol. 48^{r}.

LIBER XLIV (ind. fol. 25^{r}),

tit. 1 redit etiam in fol. 48^{r}.
tit. 2 *ληγάτου* (sic).
tit. 3 „ „ „ „ 73^{v}.
tit. 4 cod. habet *ἐνιαυτιαίων*.
tit. 5 redit etiam in fol. 66^{r}.
tit. 7 „ „ „ „ 66^{r}.
tit. 8 „ „ „ „ 91^{r}.
tit. 9 „ „ „ „ 91^{r}.
tit. 10 „ „ „ „ 91^{v}.
tit. 14 „ „ „ „ 91^{v}.
tit. 15 „ „ „ „ 68^{r}. Ubi *καὶ ἀνδρ.* legitur.
tit. 16 „ „ „ „ 68^{r}.
tit. 17 „ „ „ „ 68^{r}. Ubi *φιδεικομίσσου*.
tit. 18 „ „ „ „ 68^{v}.
tit. 19 „ „ „ „ 68^{v}.
tit. 20 „ „ „ „ 67^{r}. Ubi *φιδεικομισσον*.
tit. 21 „ „ „ „ 67^{v}.
tit. 23 „ „ „ „ 67^{v}. (Usque ad v. *λεγομένης*).
tit. 26 corr. *κζ'*.
tit. 28 cod. perperam omittit v. *πίστει*: *καταλημπαννομένων* (sic).
tit. 31 redit etiam in fol. 10^{r}.

LIBER XLV,

tit. 2 redit etiam in fol. 9^{v}. In fol. 25 perperam *ἀγωγὴν*.
tit. 3 redit etiam in fol. 48^{r}. In fol. 25^{v} perperam omittuntur v. *καὶ τῶν*.
tit. 4 redit etiam in fol. 45^{v}.
tit. 5 „ „ „ „ 42^{r}.
tit. 6 „ „ „ „ 42^{r}.

In verbis *τῶι ἐπ||||να| ρητα* subest forte arcanum scriptum. Nota $\bar{\rho}$ lineola tectum: forte numerus est $\rho\bar{\eta}$. Nota et illud insolens *τῶι* doxologiae aptum.

LIBER XLVI,

tit. 1 redit etiam in fol. 14^{r}.
tit. 3 „ „ „ „ 14^{v}.

LIBER XLVII,

tit. 1 redit etiam in fol. 13^{v}.

LIBER XLVIII,

tit. 3 *καὶ π ἐλευθεριῶν ἐν δ.* (et de libertatibus testamento relictis).
tit. 4 *προσώπον* (sic).
tit. 5 In Cod. *ἀφέσεως*, quae lectio certo errata est.
tit. 9 corr. *τίσι* ex cod.
tit. 15 *περὶ δούλου ἐνεχ.* (locus corruptus).
tit. 21 adde in lat.: ut litiget. (folium unum indicis periit).

LIBER LVIII,

tit. 6 redit etiam in fol. 95^{r}.
tit. 7 „ „ „ „ 95^{r}.
tit. 8 „ „ „ „ 92^{v}.
tit. 9 „ „ „ „ 112^{r}.
tit. 10 „ „ „ „ 112^{r}.
tit. 12 „ „ „ „ 121^{r}.
tit. 15 „ „ „ „ 121^{v}.
tit. 16 „ „ „ „ 121^{v}. *ἐν ποταμῶ*: in fine *καὶ π ὄχθης ἀσφαλείας* et de ripae securitate.
tit. 18 redit etiam in fol. 121^{v}.
tit. 19 ($\overline{\iota\eta}$ cod.: est tit. 20) redit etiam in fol. 120^{r}.
tit. 20 corr. $\overline{\kappa\gamma}$ redit etiam in fol. 120^{v}.
tit. 21 corr. *κδ'* „ „ „ „ 125^{r}. (Verba *κ. β. ἐκλ.* adsunt in corpore, desunt in indice.)

LIBER LIX,

tit. 1 redit etiam in fol. 124^{r}.
tit. 2 „ „ „ „ 117^{r}.
tit. 3 „ „ „ „ 117^{r}.

LIBER LX,

tit. 1 redit etiam in fol. 117^{r}.
tit. 2 „ „ „ „ 102^{r}.
tit. 4 *ρίπτει* cod.
tit. 5 *ἁμαρτάνοντες* sic cod.

tit. 13 redit etiam in fol. 135r. Perperam utrobique omittitur v. *καὶ*. emenda: *λέγηται*.

tit. 14 redit etiam in fol. 135r. Cod.: *Κλοπὴ*. (utrobique ε̣ π̣ om.)

tit. 16 redit etiam in fol. 135r.

tit. 17 cod. om. ε̣ π̣ initio: *ἡ π. ὀχλ.*

tit. 18 redit etiam in fol. 122r cod. *ἡ* pro *καὶ*.

tit. 19 „ „ „ „ 149r.

tit. 20 redit etiam in fol. 149r.

tit. 21 „ „ „ „ 149v.

tit. 22 „ „ „ „ 141v.

tit. 23 „ „ „ „ 144r.

tit. 25 „ „ „ „ 144v.

tit. 27 „ „ „ „ 144v.

tit. 29 (pro 28) redit etiam in fol. 145r: ε̣ π̣ *συλωθείσης κληρονομίας*: de expilata hereditate.

tit. 36 redit etiam in fol. 150r. *ἰουλ. ὁ ἀρμόζων* utrob.

tit. 37 redit etiam in fol. 136r. corr.: *ἐν μ.*

tit. 38 „ „ „ „ 119v.

tit. 39 „ „ „ „ 128r. videtur em. *φαρμακέων*. cod. l. *μαθημαστ*. (sic).

tit. 40 redit etiam in fol. 133r. utrob. *πομπίου* (sic).

tit. 41 „ „ „ „ 133v.

tit. 42 „ „ „ „ 126v.

tit. 45 *δημόσια* perperam om. cod.

tit. 48 redit etiam in fol. 151r.

tit. 49 „ „ „ „ 151v. *ἢ ἀπ.* cod. perperam.

tit. 53 Voc. *πρὸ* perperam omittit cod. Ceterum periodus implexa est: an *ὑποφθείραντες ὑπέφθησαν* corrumpendo praeverterunt?

tit. 57 *εἰ ἐπίτρ.* sic cod.

tit. 58 dele (*καὶ*).

tit. 65 Cod. legit *ἡ ἐξέτασις*.

tit. 67 moneo rubr. esse corruptam.

ANIMADVERSIONES IN L. RHODIAM.

Cod. Ambrosianus M 68 sup., fol. 288^{r} seq. legis nauticae (sicuti rusticae et militaris) recensionem praebet optimam, additamentis interpolationibusve omnibus liberam. Eius collationem hic exprimendam duximus, cum iam in libro LIII Basilicorum ex libri rescripti ambrosiani auctoritate textum ediderimus.
Collatio pertinet ad ed. heimbachianam.

Titulus est: *Νόμος ῥοδίων κατ' ἐκλογὴν ἐκ τοῦ ιδ' βιβλίου τῶν διγέστων* h. e. Rhodiorum lex per eclogam ex libro XIIII Digestorum. Lex quidem nullomodo ex Digestis pendet; error autem inde ortus est, quod in libro XIV Dig. tit. 2 de lege rhodia est sermo.

c. 1. *προσγινομένην ζημίαν διπλασίως διδόσθω* h. e. allatum damnum in duplo solvat.

c. 2. *συληθέντος καὶ ἀληθῶς δεικνυμένου πᾶσαν τὴν γενομένην*[1] *ζημίαν ἔν τε τῷ πλοίῳ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σῶα ἀποδιδότω ὁ ναύκληρος ὁ τὰ σῦλα ἐπιτρέψας γενέσθαι.*
ἐάν τις κλέψῃ.
τουτέστι — λοιπῶν de. in cod.
διπλᾶ ἀποδότω ὁ τὰ σῦλα ποιήσας.

c. 3. *ἐμπόρου ἢ ἐπιβάτου.*
ληφθεὶς . . . . κατασχ. δὲ om. propter homoeotel.
εἰ μάλιστα χρυσίον.

c. 4. *Ἐὰν τόπῳ συλουμένῳ — — — μαρτυρουμένων τῶν ἐπ. τὴν τ. τ. αἰτ. καὶ συμβῇ συληθῆναι, ἀπ. ὁ ν. τὰ συληθέντα. εἰ δὲ τοῦ ναυκλήρου μὴ θέλοντος ἐν τῷ τόπῳ εἰσελθεῖν, οἱ ἔμποροι τοῦτο ἀγάγωσι καὶ συμβῇ κτλ.*

c. 5. *λόγους.*
εἰ δέ τις κρούσας τὴν κεφαλὴν ἀνοίξει ἢ κυλώσει, δότω τῷ παθόντι τὰς ἰατρείας καὶ τοὺς μισθοὺς τῆς ἀργίας.

c. 6. *τάξει τὸν πρῶτον, ὡς.*
ἢ λίθῳ — ἔστω om. cod. *ἀνεύθυνος ὁ δοὺς ἔστω· ὃ γὰρ* cet.

c. 7. *κρούσῃ τινὶ γρόνθον — — — ἢ δώσει λὰξ — — — δότω τὰς ἰατρείας καὶ ὑπὲρ — — κήλης ι' — — — — — ἔνοχος θανάτου ἔστω ὁ τοῦτο ποιήσας.*

c. 8. *ἀπέλθῃ μετὰ καὶ χρυσίου, εἰ μεν ἡ πᾶσα αὐτῶν περιουσία ἐξικανεῖ τῇ τοῦ πλοίου τιμῇ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ἔστω· εἰ δὲ μήγε, μισθούσθωσαν καὶ τὴν ἀποπλήρωσιν ποιείτωσαν.*

c. 9. *Ἐὰν περὶ ἐκβολῆς βουλεύσηται ὁ ναύκληρος μετὰ τοῦ ἐμπόρου καὶ οὐ θελήσει ὁ ἔμπορος καὶ πάθῃ τὸ πλοῖον, τὴν ζημίαν αὐτὸς ἀποδώσει· αὐτοῦ δὲ μὴ ἐμποδίσαντος μήτε τοῦ ναυκλήρου καὶ τῶν ναυτῶν, συμβῇ δὲ ζημίαν γενέσθαι ἢ ναυάγιον, τὰ σωζόμενα μέρη τοῦ πλοίου καὶ τῶν φορτίων εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν*: Si de iactu consuluerit magister cum mercatore et voluerit mercator et navis sit damno affecta, ipse damnum resarciat. quod si neque ipso impediente, neque magistro nautisque, damnum naufragiumve fieri contigerit, partes navis et mercium servatae ad contributionem veniant.

c. 11 (est 10 in cod. et sic deinceps).
ἔμποροι ἢ οἱ ἐπιβ. — — — εἰ δὲ βάλ[λ]ουσιν, εἰ τοῦ — — διαφθαρεῖ, ὁ φορτίσας — — ἀπὸ γῆς ἑαυτὸν — — ἀκριβῶς τοῖς πρὸ αὐτῶν πλευσάσασι, περὶ τοῦ πλοίου καὶ οὕτως τὰς ἐνθήκας βαλέτωσαν, εἴπερ ἔχει τελείως καὶ καλῶς πᾶσαν τὴν ἐξόπλισιν αὐτοῦ καὶ ναύτας τοὺς ἀρκοῦντας αὐτῷ ἐπιτηδείους καὶ ταῦτα ἔχον καλῶς, βαλέτωσαν ὡς εἴρηται τὰς ἐνθήκας αὐτῶν.

c. 12. *Ἐάν τις παραθῆταί τι ἐν πλοίῳ, ἐπὶ πιστῷ τιθέσθω πιστικῷ μετὰ μάρτυρας γ̄. ἐὰν δὲ μέγα ἐστὶ τὸ παρατιθέμενον καὶ ἐγγράφως*[1] *τὴν παρακαταθήκην διδότω. εἰ δὲ εἴπῃ ὁ ταῦτα δεξάμενος φυλάσσειν, ὅτι — — — καὶ πόθεν τοῦτο ὑπέστη — — — — εἰ δὲ μὴ δείξει, καθὼς παρέλαβε δότω.*

c. 13. *Ἐὰν ἐπιβάτης εἰσέλθῃ — — — — ἀπώλεσα χρυσίον — — — ναῦται καὶ οἱ*

[1] *γεναμ.* cod.

[1] *γεγγράφως* cod. Num *γεγραφὼς*.

ἐπιβάται καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πλέοντες ὅρκον παρεχέτωσαν.

c. 14. *Ἐάν τις δεξάμενος παραθήκην εἴτε ναύκληρος εἴτε πιστικὸς καὶ ἀρνήσηται καὶ διὰ μαρτύρων ἐλεγχθῇ, διπλῆν ἀποδότω τὴν παραθήκην. εἰ δὲ καὶ ὀμόσει, τὴν τῆς ἐπιορκίας πανθανέτω*: Si quis susceperit depositum, sive exercitor sive magister, et infitias ierit et testibus fuerit convictus, duplum reddat depositum. quod si iuraverit, periurii poenam patiatur.

c. 15. *ἐπιβάτας, ἐμπ. ἢ τυχὸν δούλους — — καὶ ἐλθὼν ἐν πόλει τινὶ ἢ λιμένι ἢ ἐν ἀκτῇ καὶ ἐξελθόντων τινῶν ἀπὸ τοῦ — — — πειρατῶν ἐπιδρομὴν — — — ἐξιλήσει καὶ σωθῇ τὸ πλοῖον — — καὶ ἐμπόρων φορτία, λαμβανέτω ἕκαστος τὰ ἴδια καὶ τὰ τῶν ἐξελθόντων ἕκαστος λαμβανέτω. — — ἀμφισβ. τῷ ναυκλ. — — — εἴασεν αὐτοὺς — — τὰ λεγόμενα, διότι δ. ὁ ναύκλ. σὺν τοῖς ναύταις ἐξέφυγον. εἰ δὲ δοῦλόν τινος ἐν παραθήκῃ λαβὼν εἴασεν — — — τῷ τούτου δεσπότῃ ποιείτω.*

c. 16 (*ις'* et cod.). *Οἱ ν. κ. οἱ ἔμπ. ὅσοι δ' ἂν χρήσονται χρήματα ἐπὶ πλοίῳ, ἔγγεα μὴ γραφέτωσαν.* cetera om.

c. *ιζ'*. — *δώσει — ἢ ἀργ. κατὰ πλοῦν — — πόσου χρόνου, ἐὰν ὁ λαβὼν — — — πληρουμένου τοῦ χρόνου, μὴ ἀποδώσει καὶ συμβῇ ἢ ἀπὸ — — καὶ σῶα τὰ ἴδια ἀπολαμβάνειν.*

c. *ιη'* inc. a vv[la]. *Ἐὰν δὲ τοῦ χρόνου* (c. 17). — — *κίνδυνον ἀπώλ. — — ἔδοξε, δεχέσθω καὶ τὰς ζημίας.*

c. *ιθ'* (= c. 18 edd.). — — *ἐξελθ. τοῦ συμφωνηθέντος χρόνου, κομιζ. — — — ἐγγέων. ἐαν δὲ μὴ ἔχ. πῶς κομίσασθαι — — — ἔγγεα — — ναυτικοί, ὅσον χρόνον ἀποδημεῖ.*

c. 19. *Ἐὰν — — — δώσει δὲ ἀρραβῶνα, εἰ δὲ ὁ ναύκληρος, διπλασιαζέτω.* unde patet archetypum h. l. vel evanuisse vel lectu difficillimum fuisse.

Deest c. 20.

c. 21 (*κ'* cod.). *ἐγγράφως ποιήσωσι δύο πλοῖα — — — ἐποιήσαμεν ἐγγράφως — — πάντοτε τὸ περὶ — — συμβῇ τινα παθεῖν — — τὰ σωθέντα τῷ παθέντι τέταρτον — ἐπεὶ ἐπειδὴ — — — εἰ δὲ ἔγγραφα ἐγένοντο, τὰ σωζόμενα πάντα τ. α. εἰσερχέσθ.*

c. 22. *ἐφοδίων καὶ σχοῖνα καὶ λοιπὰ τὰ τῷ πλ. ἀνήκ. ἐὰν δὲ ὁ ἐμπ. ἐμβάλῃ τὸν γ. — — τὰς συνθήκας καὶ θελ. — — ἐὰν χωρῇ τὸ πλ. βαλέτω — — ἀντιτασσέσθω.*

καὶ — ναυκλήρῳ om.

c. 23. *συγγράφωνται ὁ ναύκλ. κ. ἔ. — — πλήρη, παρεχέτω τ. ν.*

c. 24. *ἡμίση ναῦλα — καὶ ὑπ. ὁ ἔμπ. βουληθῇ — — συνεσφράγισαν, διὰ δὲ τὴν ἐμπόδιον ἀπόλλειν τὸν ν. τὰ ημ. εἰ δὲ — — γινομένων ἄλλην ποιήσει, διπλᾶ ἀποδ.*

c. 25. *σίταρκείας — — ἐὰν δὲ καὶ δευτέρα προθεσμία παρέλθῃ — — — ποσότ., τὸ ναῦλον δ. καὶ ἐ. καθὼς ἔδοξεν.*

c. 26 (*κς'* ita tamen ut ex *κε'* corr. videatur). — — *ἢ ναυκλήρου — — γεν. νυκτὸς ἡ — — — ἀφορᾶν εἰς τοὺς — — ναύτας τε καὶ ναυκλήρους, τοὺς δὲ ἐν τῷ πλ. μένοντας.*

τοὺς — ζημίαν om.

c. 27 (*κζ'* ex *κς'* corr.). *ἡ κοινωνία — — παθεῖν, ἢ — — τοῦ ναυκλήρου ἢ τῶν ναυτῶν, ἀκίνδ. εἶναι τ. φ. τὰ ἐν ὅρια* (sic) *κ.*

c. *κη'*. *Ἐὰν δέ τις* cet. (ut in c. 27, fin.) — — *τὴν μὲν κοινωνίαν ἀποδιδότω, τὴν δὲ τιμ. ὑπομενέτω.*

c. *κθ'* (28). *ἐμβολῇ — — ναβαγίου — — — ὁ τὴν ἐμπόδιον π. διδότω τὰς ζ.*

c. *λ'* (29). *Ἐὰν ὁ ἔμπ. ἔνθα συγγράψονται τόπῳ — — — — ἀφορᾶν — — εἰς τὸν ἔμπορον. ἐὰν δὲ πληρωθεισῶν.*

c. 30. *Ἐὰν ὁ φορτώσας τὸ πλοῖον ἔμπορος ἔχῃ μετ' αὐτοῦ χρυσίον καὶ — — — ἀπόλυται — — ἐμπόρου, αὐτὸς ἐκκομιζέσθω.*

Ἐὰν δὲ μὴ: inc. novum caput; numerus excisus est.

τὰ ἡμίναυλα ἀπαιτῶν ἐγγράφων προελθόντων, πέμψας ἐπιφερέτω. redd. om.

c. 31. *συμβῇ ἐν αὐτῷ, τὰ — — — ἑκάτερα — — — ἐπιδιδότω — — βυθίας —.*

c. 32 om.

c. 33. *θεὶς τ. φ. ἐπὶ τὸν τόπον — — — τὸ μὲν ναῦλον εἰςκομ. — — — τὰ δὲ ἐν ὅρια* (sic: *ἐν ὡρείοις*) *ὑπὸ τῶν τοῦ πλοίου* om.

c. 34. *ὑπὸ χειμ. ὑποκλυσθῇ τι ὑπὸ τῶν ὑδάτων καὶ ἀδικηθῇ τι τῶν φορτίων — — — — — εὐθέως λεγέτω τοῖς τ. φ. ἔ., ἵνα ἔ. γ. τ. φ. εἰ δὲ μηδὲν εἴπῃ, ὑπεύθυνον ε. τ. ν. εἰ δὲ προμαρτύρηται ὁ ναύκληρος τοῖς ἐμπόροις, ὅτι τὸ πλοῖον ὑπερήντλησεν*

καὶ ἐκθεσθε, αὐτοὶ δὲ ἀμελήσουσιν, ἀζήμιοι κτλ.

c. λς′ (= 35). φορτία καὶ τὸ σωθὲν πλοῖον.

c. λζ′ (= 36). πλοίου ἑτέρου — — — — — — καὶ τοὺς πλέοντας, ἀλλὰ καὶ τὸ φορτίον — — — — — πῦρ ἁπτέσθω· εἰ δὲ οὐκ ἔχει πῦρ, κραυγὰς ποιείτω· εἰ δὲ ἀμελήσας οὐ ποιήσει, ἑαυτὸν ὤλεσεν, εἰ τ. οὐτ. μαρτυρηθῶσιν. εἰ δὲ κ. ὁ. ἀ. ἀμελήσει, ἀποκοι[μη]θῇ δὲ καὶ ὁ βιγλοφόρος εἰς βράχος κρούσας ἀπώλετο ὁ. ἀ. καὶ ὃν κρούσει κτλ.

c. 37 om.

c. λη′ (= 38). πεφ. σῖτον ἐν γάζῃ — — διφθ. καλὰς παρ. — — ἀντλείτωσαν. εἰ δὲ ἀμελήσουσι — — — — — ἐπιγι[νωσ]κέτωσαν — — — — καὶ ναῦται καὶ ὁ ἔμπορος, τὰς ἑ[κατ]ὰς — — — — — ἅμα τοῖς ναύταις καὶ τῷ πλοίῳ. ἀπ. δὲ εἰς θάλ. — — — καὶ οὕτως οἱ ναῦται. μετὰ — — — εἰ δὲ φανῇ, διπλᾶ διδότω καὶ τοῦ ἴσως κέρδους κτλ.

c. 39. ἐλέου — — εἰσέλθῃ ἐν ἀκτῇ — — — — — ὅτι ἐν τῷ τόπῳ τ. χ. ε. τοῦ τ. μ. ἐ. ἐν τοῖς συμφώνοις — — τοῦ μὲν (?) πλοίου, τ. δ. φ. σωθῇ, ἀ. ὁ ν. σῶον ἀ. τ. ἐ. εἰ δ. β. τ. ἀμφ. τοῦτο γένηται κτλ.

c. 40. καὶ τοῦ πλοίου — — — χρυσίον μεθ' ἑαυτῶν — — ὁλοσίρικα ἢ μαργ., τὸ μὲν χρυσίον τὸ σωζόμενον — — — — — ὅμοια τῷ χρυσίῳ ὄντα — — — — τὴν ἀποτριβὴν καὶ οὕτως· ἐ. σ. ἐ. Cetera om.

c. [μ]α′ (= 41). ἀπόλυται τὸ πλ., σωθῇ δὲ τῶν ἐπ., συγγινωσκέτωσαν οἱ ἐπ. — — — — δύο ἢ τρεῖς — — — κατὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀπώλειαν — —

c. μβ′ (= 42). ἐξαιρεθῇ καὶ μετακομίσῃ αὐτὰ ὁ ναύκληρος εἰς ἕτερον πλοῖον, αὐτὸς διδότω τὸ ναῦλον, οἱ δὲ τῶν φορτίων δεσπόται —

c. 43. καταρτίου — — — καὶ τοῖς σωζομένοις φορτίοις.

c. μδ′ (= 44). ζάλῃ τῆς ἀταρτίας (sic) ἢ τῶν κεράτων γένηται κλᾶσις ἢ τῶν αὐχένων ἢ ἀπώλειά τινος τῶν ἐφολκίων, εἰ μὲν — — — ἀνάγκῃ πάντα — — — οὐκ ἐκ τῆς ζάλης — — ναύκληρος. τὰ δὲ εἴδη — — — — καθὼς παρ. —

c. 45. στραφῇ — — — ἐξ αὐτοῦ λαμβ. ἀ. μ., τὸ πέμπτον μέρος.

c. μς′ (= 46). παρεχέτω ὁ ναύκληρος — — — τοῖς αὐτῶν κληρονόμοις — — — — — εὑρίσκει, πάντα ἀποδώσει λ. ὁ ἀποσώσας μέρος. Cetera om.

c. 47. ἀργύριον ἐκ βυθοῦ ἐπ. ἀπὸ μὲν οὐργυιῶν η̄ — — — — οὐργυιῶν δ. π., τὸ ἥμ. διὰ τὸν κ. τ. β. τῶν δὲ ἐκρ. ἐπὶ πῆχυν ἕνα, (λαμβανέτω ὁ ταῦτ)α ἀποσώζων δέκατον μέρος. Cetera om.

Capita 49. 50. 51 (= Pardessus, Heimbach) adsunt et in cod. M, 68 sup.[1]

---

[1] ad c. 50 τὸ ὁτιοῦν . . το τετραπλοῦν. Iungitur c. 51 ὁ δὲ βαρυτέρᾳ .... καί τι ἀπὸ ν. . . ἐξορίζεται . . ἐμβά[λλονται]. hic des. folium valde pessumdatum.

BASILICORUM LIBER I^{US}

a C. E. Zachariae a Lingenthal restitutus.

Rursus cum notis edidit E. C. Ferrini.

Περὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος καὶ πίστεως καθολικῆς καὶ περὶ τοῦ μηδένα τολμᾶν περὶ αὐτῆς δημοσίως ἀμφισβητεῖν.

De Summa Trinitate et fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

α'. *Χριστιανός ἐστιν ὁ πιστεύων μίαν εἶναι θεότητα ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ παρὰ τὰ εἰρημένα δοξάζων αἱρετικός ἐστιν.*[1]

Christianus est qui credit unam esse Deitatem in pari maiestate Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nam qui aliter quam dictum est sentit, haereticus est. (Thalelaei index Cod. I, 1, 1.)

β'. *Μηδεὶς τοῖς αἱρετικοῖς τῶν μυστηρίων τόπος ἀνεῴχθω· ἀλλὰ κἂν τι ἀντίγραφον πορίσωνται, ἀνίσχυρον ἔστω· κωλυέσθωσαν καὶ τῶν αἱρετικῶν αἱ συνελεύσεις· κρατείτω δὲ ἡ ἐν νικαίᾳ πίστις ἡ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁμολογία. οὐ γὰρ ἐντὸς τῶν τειχῶν αἱρετικὸν εἶναι βουλόμεθα, ἀλλὰ τοῖς ὀρθοδόξοις πάσας τὰς τοῦ κόσμου ἐκκλησίας ἀποδίδομεν.*[2]

Nullus haereticis mysteriorum locus aperiatur. Sed et si quod rescriptum impetraverint, irritum esto. Inhibeantur etiam haereticorum conventicula. Obtineat fides Nicaena, quae Patrem, Filium et Spiritum sanctum profitetur. Neque enim intra muros haereticum esse volumus, sed orthodoxis omnes mundi ecclesias reddimus. (Thal. index Cod. I, 1, 2.)

γ'. *Δεῖ τὰ πορφυρίου καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ συγγράμματα πυρὶ καίεσθαι, τοὺς δὲ ἀκολουθοῦντας τῇ νεστορίου διδασκαλίᾳ, εἰ μὲν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εἶεν, τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς, πάσης ἐξουσίας οὔσης κατηγορεῖν αὐτῶν· εἴ τινα δὲ βιβλία συνέγραψάν τινες οὐχ ἑπόμενοι ταῖς ἐν νικαίᾳ καὶ ἐφέσῳ συνόδοις οὐδὲ κυρίλλῳ τῷ ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ, καίεσθαι ταῦτα κελεύομεν, ἐξαιρέτως τὰ νεστορίου, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένους.*[3]

Porphyrii et similium libros igne comburi oportet, eos autem, qui Nestorii doctrinam sequuntur, si episcopi vel clerici sint, ecclesiis eici, sin laici, anathemati subici, omni licentia accusandi eos concessa. Si quos autem libros nonnulli conscripserunt non secuti Nicaenam et Ephesinam synodum nec Cyrillum Alexandriae episcopum, hos libros comburi iubemus, inprimis a Nestorio conscriptos, illis summum supplicium expectaturis. (Thal. index Cod. I, 1, 3.)

δ'. *Μηδεὶς κληρικὸς ἢ μοναχὸς ἢ στρατευόμενος ἢ ἄλλος οἱοσδήποτε πληθὺν συνάγων δημοσίᾳ περὶ τῆς πίστεως διαλεγέτω· ὑβρίζειν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον τὴν δεόντως πάντα διατυπώσασαν, ἥτις καὶ τοῖς αἱρετικοῖς πᾶσι δίδωσι γινώσκειν τὰ ἡμέτερα· ὥστε οὖν εἰ μὲν κληρικὸς εἴη ὁ ταῦτα ποιῶν, τοῦ συλλόγου τῶν κληρικῶν ἐκπεσεῖται· εἰ δὲ στρατευόμενος, τῆς στρατείας· οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὴν οἰκείαν τύχην τιμωρεισθωσαν.*[4]

Nullus clericus sive monachus sive militans sive alius quispiam turba coacta publice de fide disserat: iniuriosus enim esse videtur in Chalcedonensem synodum, quae cuncta rite constituit, atque etiam haereticis omnibus nostra cognoscere permittit. Proinde si clericus sit, qui hoc faciat, e consortio clericorum excidet: sin militans, militia: reliqui pro sua condicione puniantur. (Thal. index Cod. I, 1, 4.)

---

[1] *Syn.* in pr. *Attal.* 8, 1. Pitra *Ius eccl. gr.* II, p. 458. 600. 637. [2] *Attal.* 3, 2. Pitra p. 637.
[3] Pitra p. 502. 605. 638. Bals. *ad Nom.* XII, 3. [4] *Syn.* in pr. Pitra p. 638. Blastares *Syntagma Δ*, 5.

ε'. *Μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται σταυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανον ἁγίου.*[1]

Neque monachus neque alius quis in loco publico vel in quo spectaculum celebratur crucem inferat vel reliquias sancti cuiusquam. (Thal. index Cod. I, 3, 26.)

ς'. *Μηδεὶς ἐν ἐδάφει ἢ μυλίτῃ λίθῳ ἢ ἐν μαρμάρῳ ἐδαφικῷ ἐγγλυφέτω ἢ γραφέτω σταυρὸν, ἀλλὰ περιαιρείσθω, τὴν βαρυτάτην τοῦ παραβαίνοντος ὑφισταμένου ποινήν.*[2]

Nemo in solo vel in lapide molari vel in marmoreo solo sculpat vel pingat crucem, sed hoc tollatur, gravissima ei, qui haec transgressus fuerit, imminente poena. (Thal. index Cod. I, 8, 1.)

ζ'. *Μηδεὶς ἦπαρ καὶ ἔγκατα καθορῶν ζητείτω τὰ μέλλοντα τὴν ἐκ τῆς σταυρώσεως τιμωρίαν ἀγωνιῶν.*[3]

Nemo iecur et exta spectando de futuris quaerat, poenam cruciatus suspiciens.

Thal. index Cod. I, 11, 2.)

η'. — — — — — — — — — — — — —[4]

(Thal. index Cod. I, 11, 3.)

θ'. — — — — — — — — — — — — —[5]

(Thal. index Cod. I, 11, 4.)

ι'. *Τὰ ἱερὰ πάντα τῷ δημοσίῳ ἢ τῷ βασιλικὴν ἐπ' αὐτοῖς εἰληφότι δωρεὰν διαφερέτω, τῆς ἐκκλησίας τὰ ἐπιτετραμμένα διεκδικούσης.*[6]

Delubra cuncta ad fiscum vel ad eum, qui eiusmodi donationem a principe meruit, pertineant, ecclesia vindicante ea quae ei demandata sunt.

(Thal. index Cod. I, 11, 5.)

ια'. *Ἡσυχάζοντας τοὺς ἰουδαίους ἐὰν οἱ χριστιανοὶ θορυβήσωσι καὶ διαρπάσωσιν, εἰς τὸ διπλάσιον καταδικαζέσθωσαν· παραπλησίως τῶν ἀρχόντων καὶ ταξεωτῶν καὶ πρωτευόντων μὴ ἐκδικούντων ἢ ἐπιτρεπόντων τιμωρουμένων.*[7]

Iudaeos quiete degentes si Christiani turbaverint eorumque bona diripuerint, in duplum condemnentur, praesidibus et officialibus et principalibus, si talia non vindicaverint vel permiserint, similiter puniendis. (Thal. index Cod. I, 11, 6.)

ιβ'. *Ὁ παρὰ τὰ διωρισμένα θύσας ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν ἢ ὑπηρετησαμένοις δημευθεὶς τὴν ἐσχάτην ὑπομενέτω ποινήν· τοῦ ἄρχοντος μετὰ ἀπόδειξιν ῥαθυμοῦντος καὶ τῆς τάξεως ἀνὰ ν' καταβαλλόντων λίτρας.*[8]

Qui contra statuta sacrificia exercuit, una cum consciis et ministris bonis confiscatis ultimum supplicium subeat, praeside post convictionem non vindicante et officio L libras illaturis.

(Thal. index Cod. I, 11, 8.)

ιγ'. — — — — — — — — — — — — —[9]

(Thal. index Cod. I, 11, 8.)

ιδ'. *Ζητοῦντες καθ' ἑαυτοὺς ἢ παρὰ τῶν ἐπισκόπων μανθάνοντες κωλυέτωσαν οἱ ἄρχοντες τὰ παρὰ τῶν ἑλλήνων, καὶ γενόμενα δὲ τιμωρείτωσαν ἢ μὴ δυνάμενοι μηνυέτωσαν, καὶ προσκυρούτωσαν ὅσα προσώποις ἑλληνικοῖς δεδώρηται ἢ καταλέλειπται τοῖς πολιτικοῖς δικαίοις· πάντων ὅσα κατ' αὐτῶν ἢ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν προεισενήνεκται κυρίων ὄντων καὶ ἐντεῦθεν βεβαιουμένων.*[10]

Praesides per semet ipsos perquirant vel ab episcopis certiores facti prohibeant paganorum impietates, et commissas puniant, vel, si nequeant, ad principem referant, et quaecunque paganis personis donata vel relicta sunt civitatum iuri adiudicent, cunctis quae praeterea in eos vel pro ecclesiis introducta sunt valituris et exinde confirmatis.

(Thal. index Cod. I, 11, 9.)

ιε'. *Ὅσοι μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἑλλήνισαν, τὴν ἐσχάτην τιμωρείσθωσαν· ὅσοι δὲ μήπω ἠξίωνται, προσιέτωσαν ἅμα γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ, καὶ διδαχθέντες ἱκανῶς φωτιζέσθωσαν, ἢ μηδενὸς τῶν ἐν πολιτείᾳ ἢ περιουσίᾳ μετεχέτωσαν.*[11]

Qui post sanctum baptisma paganae superstitioni inhaerent, ultimo supplicio afficiantur. Qui vero nondum baptizati sunt, adeant cum uxoribus et liberis et tota familia, et rite edocti baptizentur: alioquin nec civitatis nec bonorum participes erunt.

(Thal. index Cod. I, 11, 10.)

— — — — — — — — — — — — —[12]

— — — — — — — — — — — — —

---

[1] *Syn. Δ*, 3, 1. *Σ*, 1, 1 (ubi male *κεφ. ιθ'*). [2] *Syn. Σ*, 1, 2 (ubi male *κεφ. ις'*). Blastares *Σ*, 3. [3] Bals. *ad Nom.* IX, 25. [4] *Syn. Θ*, 3, 1. [5] *Syn.* l. l. [6] *Syn. I*, 1, 1 (ubi male *κεφ. β'*. Pitra p. 680 (ubi male *κεφ. ιθ'*). [7] *Syn. I*, 4, 1. *schol.* 14 ad Bas. LX, 17 c. 2 (ubi male *κεφ. ϑ'*). [8] *Syn. Θ*, 3, 1. [9] *Syn. E*, 19, 1. [10] *Syn. E*, 19, 1. Pitra p. 517. 607. *schol.* ad Bas. LX, 54 c. 23. Bals. *ad Nom.* VI, 3. XII, 9. [11] *Syn. E*, 19, 1. *schol.* ad Bas. LX, 54 c. 24. Bals. *ad Nom.* I, 10. IV, 7 ait „*ἡ ῑ τοῦ ῑα τί. τοῦ ᾱ βι. τοῦ κώδ. οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά.*“ Quod de ea parte constitutionis intellegendum esse, ad quam locus Bals. spectat, Zach. monuit. [12] Ex capitulorum numeratione conici potest hoc loco caput extitisse, quod excidit, ita ut neque argui possit ad quam Codicis constitutionem spectaret.

ιζ'. Οἱ μαθηματικοὶ τὰ οἰκείας βίβλους ἐπ' ὄψεσι τῶν ἐπισκόπων καιέτωσαν, οὕτω τε τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ παραδιδόσθωσαν, μηδεμίαν ἐπανόδου πρὸς τὴν οἰκείαν πλάνην ἐλπίδα φυλάττοντες· μὴ ἀνεχόμενοι δὲ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς ἐν ἑκάστῃ πόλει διαγωγῆς ἐκβληθήσονται· εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα ἢ ἐν πόλει φανῶσιν ἢ ταῖς αὐτῶν χρώμενοι διδασκαλίαις, ἐξοριζέσθωσαν.[1]

Mathematici libros suos in conspectu episcoporum comburant et sic orthodoxae religioni tradantur nullam spem reditus ad errorem suum reservantes: quod si ad hoc non sint parati, et Roma ipsa et qualibet civitate depellantur. Etenim si postea vel in civitate deprehendantur vel errores suos profiteantur, deportentur.

(Thal. index Cod. I, 4, 10.)

ιη'. Πᾶσαι αἱ ἀπηγορευμέναι τοῖς νόμοις καὶ ταῖς διατάξεσιν αἱρέσεις διηνεκῶς ἠρεμείτωσαν, καὶ μηδεὶς τὰ βέβηλα διδασκέτω ἢ μανθανέτω, μηδὲ ἐπίσκοπος αἱρετικῶν· ἀλλὰ μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονείτω χειροτονίαν οὐκ ἔχων, μηδὲ κατὰ ἀρχόντων γνώμην· αἱρετικὸς δὲ πᾶς ὃς καὶ μικρῷ ὑποδείγματι παρὰ τὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δόγμα ἢ τῆς εὐθείας ἐφάνη τραπείς.[2]

Omnes vetitae legibus et constitutionibus haereses perpetuo quiescant, nec quisquam profana doceat vel discat, ne episcopus quidem haereticorum. Sed nec ministros creet utpote ipse non ordinatus, ne ex voluntate quidem praesidum. Haereticus autem est quilibet qui vel levi argumento a iudicio catholicae ecclesiae vel tramite recto detectus fuerit deviare.

(Thal. index Cod. I, 5, 2.)

ιθ'. Παντὸς ἐκπιπτέτωσαν οἱ αἱρετικοὶ τόπου, εἴτε ἐκκλησίαν αὐτὸν καλοῦσιν εἴτε ἕτερόν τι εἴτε ἰδιωτικός ἐστι, καὶ ἐκδικείτω τοῦτον ἡ ἐκκλησία· ἀλλὰ μηδὲ λιτὰς ἐν νυκτὶ ἢ ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἑτέρας ἐπιτελείτωσαν συνόδους· τῆς μὲν τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως τάξεως ρ' χρυσίου λίτρας, τῆς δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων ν' χρυσίου λίτρας καταβαλλούσης, εἰ παρὰ τὰ κελευσθέντα τι συγχωρήσαιεν.[3]

Omnia loca haereticis adimantur, sive ecclesiam nuncupent sive alio nomine, sive privatus locus sit, eumque ecclesia vindicet. Sed nec litanias nocte vel die aut alios celebrent conventus: officio praefecti urbi C auri libris, officio autem praesidum provinciae L auri libris multandis, si contra statuta aliquid concesserint. (Thal. index Cod. I, 5, 3.)

κ'. Τοὺς μανιχαίους ἢ δονατιστὰς μηδὲν κοινὸν ἀπὸ νόμου ἢ ἔθους τοῖς λοιποῖς ἔχειν ἀνθρώποις ἐπιτρέπομεν, ἀλλὰ καὶ δημοσίῳ κατεχέσθωσαν ἐγκλήματι καὶ δημευέσθωσαν, καὶ μηδὲν ἀπὸ δωρεᾶς ἢ τελευταίας βουλήσεως ἢ λαμβανέτωσαν ἢ αὐτοὶ διδότωσαν ἢ ὅλως τὶ συνάλλαγμα τιθέσθωσαν· ζητείσθω δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν τὰ κατ' αὐτῶν· καὶ μηδὲ οἱ παῖδες αὐτοὺς διαδεχέσθωσαν τῆς πατρῴας μὴ ἀφιστάμενοι πλάνης· τῆς αὐτῆς τῷ ὑποδεχομένῳ τούτους τιμωρίας ἐπικειμένης. ἀνεύθυνοι δὲ οἱ τούτων ἔστωσαν οἰκέται τῇ ὀρθῇ προσδραμόντες θρησκείᾳ.[4]

Manichaeis et Donatistis nihil commune ex legibus vel ex moribus cum ceteris hominibus esse iubemus, sed et publico crimini obnoxii sint eorumque bona publicentur, nec quicquam donationis vel ultimae voluntatis titulo sive accipiant sive ipsi conferant vel omnino conventionem ineant. Sed et post mortem de iis quaestio habeatur. Nec liberi iis succedant, nisi a paterno errore discesserint: eadem poena ei imminente qui illos susceperit. Servi autem eorum extra noxam sunt, si ad orthodoxam religionem transierint.

(Thal. index Cod. I, 5, 4.)

κα'. Οἱ εἰρημένοι ἐν τῷ ῥητῷ πάντες αἱρετικοὶ μηδένα τόπον εἰς προσευχὴν ἢ εἰς σύνοδον ἐχέτωσαν, τῶν μανιχαίων ἐξαιρέτως καὶ πάσης ἐκβαλλομένων πόλεως· κρατείτωσαν δὲ καὶ οἱ διαφόρως κατ' αὐτῶν εἰσενεχθέντες νόμοι· καὶ μηδὲν ἐρρώσθω τῶν ἢ δωρουμένων ἢ καταλιμπανομένων τοῖς τόποις, οὓς ἐκκλησίας τολμῶσι καλεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐκδικείτω τούτους ἡ ὀρθόδοξος ἐκκλησία, εἰ μὴ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ὁ φροντίζων τοῦ τόπου συνεχώρησε· τότε γὰρ εἰ μὲν εὐγενής ἐστιν

Omnes in textu enumerati haeretici nullum locum ad preces vel conventus habeant, Manichaeis praesertim de quacunque civitate pellendis. Valeant leges diversis temporibus adversus eos latae. Nec rata sint, quae donantur vel reliquuntur locis, quae ecclesias vocare audent, sed vindicet haec loca ecclesia orthodoxa, nisi ea invito domino procurator loci concesserit: tunc enim, si procurator ingenuus sit, X auri librorum mulctam et exilium subeat, sin servus, verberetur et in

---

[1] *Syn. M* 1, 1. Pitra p. 502. 554. 602. 605. Bals. *ad Nom.* IX, 25. XII, 3. [2] Pitra p. 600. Bals. *ad Nom.* XII, 2. [3] Pitra p. 602. Bals. *ad Nom.* XII, 2. [4] Pitra p. 517. 602. *schol.* ad Bas. LX, 54 c. 23. Bals. *ad Nom.* XII, 2. Blast. *A*, 2.

ὁ φροντιστὴς, ι' χρυσίου λίτρας καταθήσει ἐξοριζόμενος, εἰ δὲ οἰκέτης, μαστίζεται καὶ ἐξορίζεται. παυέσθω δὲ καὶ τοῦ στρατιώτης εἶναι ὁ αἱρετικὸς, μηδεμιᾶς παρὰ τὰ διηγορευμένα κρατούσης ἀντιγραφῆς.[1]

κβ'. Μηδεὶς τοὺς νεστοριανοὺς καλείτω χριστιανοὺς, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἀρειανοὶ πορφυριανοὶ λέγονται, οὕτω καὶ οὗτοι σιμωνιανοὶ καλείσθωσαν· καὶ μὴ ἐχέτω τις ἢ ἀναγινωσκέτω ἢ μεταγραφέτω τὰ κατὰ τῶν ὀρθῶν δογμάτων αὐτοῦ συγγράμματα, ἀλλ' ἐπιμελῶς ζητήσας καιέτω· φερέσθω δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὅλως μνήμη ἐν οἷς περὶ δογμάτων γίνεται λόγος· μηδὲ δεχέσθω τις τοὺς τοιούτους ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ φανερῶς ἢ λαθραίως, τῶν τὰ εἰρημένα παραβαινόντων δημοσιευομένων.[2]

κγ'. Οἱ ἀπολλιναριστα μὴ ταῖς ἁγίαις δ' συνόδοις πειθόμενοι, καὶ ὅσοι κατὰ τῆς ἁγίας ἐν χαλκηδόνι συνόδου ἢ λέγειν τι ἢ διδάσκειν ἢ συγγράμματα κεκτῆσθαι τολμῶσι, ταῖς εἰρημέναις τῇ παρούσῃ διατάξει τιμωρίαις ὑποβαλλέσθωσαν.[3]

κδ'. Ταῖς νενομισμέναις αἱρετικοὶ παραδιδόσθωσαν ταφαῖς.[4]

κε'. Ὁ μανιχαῖος ἐν ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὀφθεὶς ἀποτεμνέσθω.[5]

κς'. Οἱ αἱρετικοὶ μανιχαῖοι μὲν ὄντες ἀποτεμνέσθωσαν ὅλως ἐν τόπῳ φανέντες, οἱ δὲ ἄλλοι ὁποιαδήποτε κρατούμενοι πλάνῃ μὴ στρατευέσθωσαν ἢ πολιτικὴν ἢ ἔνοπλον στρατείαν, ἀλλὰ μηδὲ ἀξιωματικοὶ γινέσθωσαν ἢ ταξεῶται, πλὴν εἰ μὴ εὐτελεῖς· τούτῳ γὰρ καὶ ἐξ ἀνάγκης ὑποκείσθωσαν τῷ βάρει γένους ὄντες τοιούτου· κωλυέσθωσαν δὲ καὶ τοῦ πατέρες πόλεων ἢ ἔκδικοι γίνεσθαι ἢ τοῖς συνηγόροις συντετάχθαι ἢ ὅλως τι μετιέναι πολιτικὸν, εἰδότες ὡς εἴ τινος πειραθεῖεν τῶν προαπηγορευμένων τυχεῖν οὔτε κατὰ σκοπὸν πράξουσι καὶ πρόστιμον καταθήσουσι λίτρας κ'· πρὸς τούτοις τῶν ἀπογραφομένων αὐτοὺς ἐν εἰδήσει καταβαλλόντων λίτρας [η'] παντελῶς τῷ κόμιτι τῶν πριβάτων. ὑπέξελε τῶν εἰρημένων τοὺς γότθους. γονέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας ἐκείνου ἡ γνώμη μᾶλλον κρατείτω τοῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐπ' αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν, κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων· μὴ ἐντεῦθεν δὲ ἀγανακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερείτω τροφῆς ἢ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων, ἀλλὰ καὶ προῖκα διδοὺς ἢ πρὸ γάμου δωρεὰν ὀρθοδόξοις αὐτοὺς συνοικιζέτω προσώποις, μηδεμίαν ἑτέραν ὀργῆς κατ' αὐτῶν προexsilium mittatur. A militia quoque removeatur haereticus, nullo rescripto adversus dicta valituro. (Thal. index Cod. I, 5, 5.)

Nemo Nestorianos appellet Christianos, sed sicuti Ariani vocantur Porphyriani, ita et hi Simoniani appellentur. Nec quisquam habeat aut legat aut describat libros eius adversus recta dogmata scriptos, sed diligenti studio requirat et comburat. Et plane nulla eius mentio fiat, ubi de dogmatibus sermo fit. Nec quisquam tales homines in qualicunque loco aperte aut clam suscipiat, iis qui haec transgressi sint publicandis. (Thal. index Cod. I, 5, 6.)

Apollinaristae, qui decreta sanctarum IV synodorum non sequuntur, et qui adversus Chalcedonensem aut dicere aliquid aut docere aut scripta habere audent, poenis hac constitutione statutis obnoxii fiant. (Thal. index Cod, I, 5, 8.)

Haeretici legitimis sepulcris tradantur. (Thal. index Cod. I, 5, 9.)

Manichaeus in loco dicionis Romanae deprehensus capite plectatur. (Thal. index Cod. I, 5, 11.)

Haeretici, si quidem Manichaei sint, ubicunque apparuerint ultimo supplicio afficiantur: reliqui qui qualicunque errore obstricti sunt, neque togatam neque armatam militiam subeant, nec dignitate potiantur nec officiales fiant praeterquam cohortalini: huic enim oneri vel necessario subiaceant, si ex tali genere sint. Prohibeantur etiam patres civitatum vel defensores fieri aut inter advocatos recipi aut omnino suscipere aliquod civile munus, scituri quod si quid eorum quae modo vetita sunt, adipisci fuerint conati, et consilii erunt expertes et XX libris auri mulctabuntur: insuper his, qui scientes descripserint eos, libras VIII comiti rei privatae illaturis. Excipe a dictis Gothos. Si parentes diversae fidei et religionis sint, eius potius voluntas obtineat, qui ex iis orthodoxam fidem praetulerit, licet qui contradicit pater sit. Nec inde hoc aegre ferens eos necessario victu privet aut ceteris necessariis sumptibus, sed et dotem dando vel antenuptialem donationem orthodoxis eos personis copulet, nec aliam irae causam praetexat. Haec autem curae sint magistratibus in urbe et in provinciis, et episcopis ubicunque terrarum, qui de poena ob transgressionem in eos, qui

[1] Pitra p. 502. 517. 602. Bals. *ad Nom.* XII, 2. [2] Pitra p. 502. 602. 605. Bals. *ad Nom.* XII, 3.
[3] Pitra l. l. Bals. l. l. 2. 3. Blast. *A*, 2. [4] Pitra p. 602. *schol.* ad Bas. LX, 69. Bals. *ad Nom.* XII, 2.
[5] *Syn. M*, 3, 1. Pitra p. 602. Bals. *ad Nom.* XII, 2, 13. Blast. *A*, 2.

βαλλόμενος πρόφασιν· ἔστω δὲ ἐν φροντίδι τὰ εἰρημένα τῶν τε ἐν κωνσταντινουπόλει καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων, (καὶ) τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐπισκόπων ἀναφορᾷ περὶ τῆς ἐκ παραβάσεως κεχρημένων ποινῆς τῶν ῥαθυμούντων τῶν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διορισθέντων.[1]

κζ'. Οἱ μανιχαῖοι παῖδας μὲν ἔχοντες ὀρθοδόξους ἐπ' αὐτοὺς καὶ μόνους ἐξ ἀδιαθέτου παραπεμπέτωσαν τὴν οὐσίαν, μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ζῶντες ἢ τελευτῶντες ἐκποιείτωσαν παντελῶς, τῆς αὐτῶν οὐσίας εἰς τὸν δημόσιον περιελευσομένης λόγον.[2]

κη'. Ὁ τὰ μανιχαίων καταλιπὼν καὶ τῆς εὐσεβοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας γενόμενος μηκέτι τῆς παλαιᾶς ἀνάσχοιτο πλάνης ἢ ὅλως τὴν τυχοῦσαν πρὸς τὸν οὕτω πλανώμενον ποιείτω ὁμιλίαν, ἀλλὰ παραχρῆμα τὸν τοιοῦτον παραδιδότω τοῖς ἄρχουσιν ἢ μηνυέτω, τὰς ἐσχάτας ποινὰς ὑφορώμενος, ἃς κἀκεῖνοι ὑφίστανται, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσοι· φροντιζέσθωσαν δὲ οἱ ἐν ἀξίαις ἢ στρατείαις ἢ συστήμασιν ὄντες, ὡς ἂν μηδεὶς ἐν αὐτοῖς λανθάνῃ τοιοῦτος, ἀλλὰ φανερούσθω παρ' αὐτῶν, τὰς προσηκούσας ἐξ ἀπειθείας ἀναμένοντες ποινάς· πρὸς τούτοις πάντα τὰ μανιχαίων καιέσθωσαν βιβλία καὶ μηδεὶς αὐτὰ τὴν οἱανδήποτε προβαλλόμενος πρόφασιν ἐχέτω, ἁρμοδίαν καὶ οὗτος ποινὴν εὐλαβούμενος.[3]

κθ'. Πάντες γενικῶς οἱ αἱρετικοὶ μήτε παρασυνάξεις ἢ παραβαπτίσματα ποιείτωσαν, μήτε τῆς προσκυνητῆς ὅλως κοινωνίας τολμάτωσαν ἅπτεσθαι ἢ τοῖς τῶν ὅρων προνομίοις ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἐργαστηρίοις κεχρήσθωσαν, τὰς τῶν ἐναντιουμένων τοῖς νόμοις ποινὰς ὑφορώμενοι, τοῦ χορηγοῦντος τὸν οἶκον ταῖς προειρημέναις τιμωρίαις ὑποκειμένου· μοντανισταὶ ἐξαιρέτως μηδένα τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς πατριαρχῶν ἢ κοινωνῶν ἢ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἐντὸς ἐχέτωσαν κωνσταντινουπόλεως· κωλυέσθωσαν δὲ ἐντὸς πραγματεύεσθαι τῶν ὅρων αὐτῆς, καὶ τὰ ἀσελγῆ συσσίτια ἢ τὰ ἀσεβῆ συμπόσια ποιεῖν, ἢ ἀνδράποδα ἐμπορεύεσθαι διὰ τοὺς ὑποκειμένους ἐφ' ἑκάστῳ λογισμούς· μὴ λαμβανέτωσαν δὲ προφάσει τῶν λεγομένων ἀξιωματικῶν τὰ παρὰ τῶν μείστων δικαστηρίων καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἔθους διδόμενα· εἰ δέ τις αὐτοῖς ἄλογον ἀπονέμοι προστασίαν, ι' λίτρας χρυσίου καταβαλλέτω, τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως καὶ τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων καὶ τῶν πειθομένων τάξεων τὸ παραπλήσιον πρόστιμον ὑφορωμένων, εἰ τῶν διατεταγμένων ἔν τινι ῥαθυμήσουσιν.[4]

statuta de orthodoxa fide negligunt, statuenda referant. (Thal. index Cod. I, 5, 12.)

Manichaei, qui liberos orthodoxos habent, in hos solos ab intestato bona sua transmittant, nec alii cuiquam inter vivos vel mortis causa omnino alienent, alioquin haec bona ad fiscum devolventur. (Thal. index Cod. I, 5, 15.)

Qui Manichaeorum errores relinquit et ad piam Christianorum religionem accedit, non amplius veterem errorem retineat, nec forte cum aliquo ita errante conversetur, sed confestim eum tradat magistratibus aut denuntiet, ultimum metuens supplicium, quod et illis imminet, nisi hoc fecerit. Provideant autem, qui in dignitatibus vel militiis vel corporibus sunt, ne quis eiusmodi clam inter eos sit, sed faciant manifestos, poenam ex negligentia competentem exspectaturi. Insuper omnes Manichaeorum libri comburantur nec quisquam eos sub quocunque praetextu possideat, competentem et hic poenam metuens. (Thal. index Cod. I, 5, 16.)

Omnes generaliter haeretici nec conventicula nec parabaptismata celebrent, nec venerandam omnino communionem audeant attingere, vel septorum privilegiis in ergasteriis quae ibi habent utantur, poenas suspicientes quae legum violatoribus imminent. Montanistae praesertim nullos sic dictos patriarchas vel socios vel episcopos vel presbyteros vel diaconos intra Constantinopolin habeant: et prohibeantur intra septa eius negotiari, et improbas commessationes impiave convivia facere, vel mancipia mercari, propter rationes his statutis subiectas. Neque vero sub praetextu ἀξιωματικῶν quae vocantur ea quae a summis iudiciis et ab ecclesia ex consuetudine dantur accipiant. Si quis autem iis nefandum praestiterit suffragium, X librarum auri mulctam inferat, praefecto urbi et rectoribus populorum et officiis eorum similem mulctam exspectaturis, si statuta aliquatenus neglexerint. (Thal. index Cod. I, 5, 20.)

[1] Pitra p. 602. Bals. *ad Nom.* XII, 2.
[2] Pitra p. 502. 602. Bals. *ad Nom.* XII, 2.
[3] Pitra l. l. *Syn. M*, 3, 2. *schol.* ad Bas. XI., 54, 23.
[4] Pitra p. 602. Bals. *ad Nom.* VIII. 7. XII, 2. Blast. *A*, 2.

λ'. *Τῶν αἱρετικῶν οἱ μὲν μανιχαῖοι ἢ βορβορῖται ἢ ἕλληνες ἢ σαμαρεῖται ἢ μοντανισταὶ ἢ τασκοδρουγῖται ἢ ὀφῖται καὶ οἱ τὴν ἰουδαϊκὴν θρησκείαν σέβοντες ἐν μηδενὶ μαρτυρείτωσαν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐν δικαστηρίῳ μὲν ὀρθόδοξον ἔχοντι ἀντίδικον μὴ δεχέσθωσαν, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς πᾶσι συναλλάγμασιν ἢ διαθήκαις ἢ δικαστηρίοις αἱρετικοὺς ἔχουσιν ἀντιδίκους ἀδιαστίκτως μαρτυρείτωσαν τοῦ πλάτους χάριν τῶν ἀποδείξεων.*[1]

Ex haereticis Manichaei vel Borboritae vel Pagani vel Samaritae vel Montanistae vel Tascodrugitae vel Ophitae et qui iudaicam religionem colunt in nulla re testimonium praebeant. Reliqui omnes in iudicio in quo adversarius orthodoxus est non recipiantur, in reliquis autem omnibus contractibus et testamentis et iudiciis, in quibus haeretici sint adversarii, indistincte testes sint, ob amplitudinem probationum. (Thal. index Cod. I, 5, 21.)

λα'. *Ἡ κωλύουσα διάταξις τοὺς αἱρετικοὺς ἀπὸ τελευταίας τι λαμβάνειν βουλήσεως χώραν ἐχέτω καὶ ἐπὶ στρατιώτου καταλιμπάνοντος κἂν ὡς ὁ κοινὸς ἀπαιτεῖ νόμος διέθετο.*[2]

Constitutio, quae vetat haereticos ex ultima aliquid accipere voluntate, locum etiam habeat in milite, qui aliquid relinquit, licet iure communi testatus sit. (Thal. index Cod. I, 5, 22,)

λβ'. *Δεσπότης αἱρετικὸν δοῦλον μὴ κωλυέτω τῇ καθολικῇ προσιέναι πίστει, μηδὲ ἀναβαπτιζέτω τις κατὰ τὸ οἰκεῖον δόγμα μήτε δοῦλον μήτε ἐλεύθερον.*[3]

Dominus servum haereticum ne prohibeat ad catholicam fidem accedere, neve rebaptizet quis in proprium dogma sive liberum sive servum. (Thal. index Cod. I, 6, 3.)

λγ'. *Μηδεὶς τὰς τῶν ἰουδαίων μητατευέτω συναγωγάς.*[4]

Nemo iudaeorum synagogis metata imponat. (Thal. index Cod. I, 9, 4.)

λδ' [*Ἰουδαίοις*] *χριστιανοὶ πρὸς γάμον μὴ συνερχέσθωσαν, τὸ περὶ μοιχείας ἐντεῦθεν ὑφορώμενοι δημόσιον ἔγκλημα.*[5]

Iudaeorum Christiani coniugio ne copulentur: alioquin adulterii crimen publicum exspectent. (Thal. index Cod. I, 9, 6.)

λε'. *Κατὰ τοὺς κοινοὺς ἰουδαῖοι γαμείτωσαν νόμους.*[6]

Iure communi iudaei matrimonia ineant. (Thal. index Cod. I, 9, 7.)

λς'. *Κατὰ τοὺς κοινοὺς νόμους ἰουδαῖοι πολιτευέσθωσαν καὶ κινείτωσαν ἢ ἐναγέσθωσαν· εἰ δὲ κατὰ συναίνεσιν περὶ χρημάτων αἰτίας παρὰ ἰουδαίοις δικάσονται, ἐρρώσθω ὡς ἡ τοῦ νομίμου δικαστοῦ ψῆφος καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐκβιβαζέσθω.*[7]

Iure communi iudaei vivant et agant et conveniantur. Quodsi ex consensu de pecuniaria causa coram iudaeis litigent, sententia quasi a legitimo iudice prolata valeat eamque magistratus exsequantur. (Thal. index Cod. I, 9, 8.)

λζ'. *Ἰουδαῖοι καὶ οἱ τούτων ἔξαρχοι τὰς τιμὰς ἑαυτοῖς τῶν ὠνίων ὁριζέτωσαν· κἄν τις ἕτερος ἐπιχειρήσῃ τοῦτο, τιμωρείσθω.*[8]

Iudaei eorumque exarchi pretia venalium sibi statuant, et si quis alius hoc facere conatus sit, puniatur. (Thal. index Cod. I, 9, 9.)

λη'. *Οἱ τὸν οὐρανὸν σεβόμενοι, εἰ μὴ χριστιανοὶ γένωνται, ὡς αἱρετικοὶ τιμωρείσθωσαν καὶ τὰς τούτων ἡ ἐκκλησία συναγωγὰς ἐκδικείτω.*[9]

Qui coelum colunt, nisi Christiani fiant, tamquam haeretici puniantur eorumque synagogas ecclesia vindicet. (Thal. index Cod. I, 9, 12.)

λθ'. *Ἐν τῷ σαββάτῳ τῶν ἰουδαίων ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς μὴ ποιείτωσάν τι μήτε μεθοδευέσθωσαν ὑπό τινος, εἰ καὶ εἴη δημόσιον τὸ χρέος. ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τῆς παρ' αὐτῶν αἰτιάσεως ὀρθόδοξος μηθοδευέσθω χριστιανός.*[10]

Sabbato iudaeorum vel aliis eorum festis nihil faciant nec ab aliquo conveniantur, nec si fiscale debitum sit. Sed nec Christianus orthodoxus ex interpellatione eorum conveniatur. (Thal. index Cod. I, 9, 13.)

μ'. *Μηδεὶς βιαζέσθω τοὺς μηδὲν ἁμαρτάνοντας ἰουδαίους ἢ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἢ τὰς οἰκίας*

Nemo obterat iudaeos nihil peccantes synagogasve eorum vel habitacula comburat. Si vero

---

[1] Bas. XXV, 1, 4, 5. Pitra p. 603. Bals. *ad Nom.* IX, 2. XII, 2. [2] Pitra p. 603. Bals. *ad Nom.* X, 8 ait hanc constitutionem *εἰς τὰ βασιλικά* non fuisse insertam; in quo eum errare monet Zach. [3] Pitra l. l. [4] Pitra l. l. Bals. *ad Nom.* XII, 2. [5] Att. III, 3. Pitra p. 603. Bals. *ad Nom.* XII, 2. [6] *Syn.* I, 4, 2. Pitra l. l. Bals. l. l. [7] *Syn.* I, 4, 3. Pitra l. l. Bals. l. l. [8] *Syn.* I, 4, 4. Pitra l. l. Bals. l. l. [9] Pitra l. l. Bals. l. l. [10] *Syn.* I, 4, 5. Pitra l. l. Bals. l. l.

καιέτω· ἐὰν δέ τι ἁμάρτωσι, παρὰ τῷ ἄρχοντι κατηγορείσθωσαν· ἀλλὰ μὴ ἐξέστω κατὰ τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας Ἰουδαίῳ θρασύνεσθαι.[1]

μα'. Μεταξὺ χριστιανοῦ καὶ Ἰουδαίου δίκη μὴ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀλλὰ παρὰ τοῖς προσφόροις τεμνέσθω δικασταῖς.[2]

μβ'. Ἰουδαῖοι χριστιανὸν περιτέμνοντες ἢ περιτμηθῆναι ἐντειλάμενοι δημευθέντες ἐξοριζέσθωσαν.[3]

μγ'. Μηδεὶς Ἰουδαίων ἔκδικος ἢ πατὴρ πόλεως γινέσθω, μήτε μὴν καινουργίᾳ κτιζέτω συναγωγὴν, τῷ τὰς παλαιὰς ἀνορθοῦσθαι πτῶσιν ἀπειλούσας ἀρκούμενος· ἀλλὰ μηδὲ ἀξίᾳ κοσμείσθω τινί· ὁ δὲ κτίσας πρὸς τῷ παρὰ τῆς ἐκκλησίας τὴν συναγωγὴν ἐκδικεῖσθαι καὶ ν' χρυσίου καταθήσει λίτρας.[4]

μδ'. Ἰουδαῖος τὸ θέλειν εἶναι χριστιανὸς προσποιούμενος ὡς ἂν τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ τὴν ἀπὸ χρέους ἀγωγὴν ἐκφύγοι, εἰ τῇ ἐκκλησίᾳ προσφύγοι μὴ πληρώσας τὰ χρέα ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, μὴ δεχέσθω.[5]

με'. Αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω μηδὲ πολιτευέσθω μηδὲ μετελθέτω οἱονδήποτε πολιτικὸν ὀφφίκιον.[6]

μς'. Ὁ ἀναβαπτισθεὶς στρατείας μόνης κωλύεται.[7]

μζ'. Ἰουδαῖος χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω, μήτε ἄλλος αἱρετικὸς χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω.[8]

μη'. Μὴ ἐχέτω οἱαδήποτε αἵρεσις οἶκον ἢ τόπον προσευχῆς.[9]

μθ'. Ἐὰν αἱρετικὸς λάβῃ ἀκίνητον πρᾶγμα εὐαγοῦς οἴκου, ἀναδίδωσιν αὐτὸ, ἀπόλλων ὃ δέδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ· εἰ δὲ ἐξεποίησεν αὐτὸ, ἐκδικεῖται ἀπὸ τοῦ λαβόντος· καὶ ὁ δεδωκὼς αὐτὸ διοικητὴς ἐκβάλλεται τοῦ εὐαγοῦς οἴκου καὶ ἐμβάλλεται εἰς μοναστήριον κωλυόμενος ἐπὶ ἐνιαυτὸν κοινωνεῖν.

Μὴ διδότω ὀρθόδοξος αἱρετικῷ ἀκίνητόν τι ἔχον ἐκκλησίαν ὀρθόδοξον, ἐπεὶ ἐκπίπτει τῆς δεσποτείας αὐτοῦ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυροῦται.

Οἱ Ἰουδαῖοι μὴ κτιζέτωσαν νέαν συναγωγὴν, ἐπεὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυροῦται.

Ὁ ἐν εἰδήσει διδοὺς αἱρετικῷ ἀκίνητον κτῆσιν εὐαγοῦς τόπου προσκυροῦται τῷ τόπῳ καὶ τοὺς τοῦ καιροῦ τῆς ἐκδόσεως καρπούς· εἰ γὰρ ἀγνοῶν

quid peccaverint, apud magistratum accusentur. Sed iudaeo adversus Christianorum religionem insolescere non liceat. (Thal. index Cod. I, 9, 14.)

Inter christianum et iudaeum contentio non a iudaeis sed ab ordinariis iudicibus dirimatur. (Thal. index Cod. I, 9, 15.)

Iudaei, qui Christianum circumciderint vel circumcidendum mandaverint, bonorum proscriptione et exsilio damnentur. (Thal. index Cod. I, 9, 16.)

Nemo iudaeus defensor vel pater civitatis fiat, neque de novo synagogam exstruat, contentus eo, si veteres ruinam minantes refecerit. Nec dignitate aliqua ornetur. Qui aedificaverit, praeterquam quod synagoga ab ecclesia, vindicatur etiam L libris auri mulctabitur. (Thal. index Cod. I, 9, 18.)

Iudaeus, qui Christianum se velle fieri simulat ut accusationem vel actionem ex debito effugiat, si ad ecclesiam profugerit debito non soluto vel ab accusatione liberatus, non recipiatur. (Thal. index Cod. I, 12, 1.)

Haereticus ne baptizet et nihil publicum gerat, neque quodcunque publicum officium suscipiat. (Theod. Nov. 37. § 2.)

Rebaptizatus militia sola arceatur. (Theod. Nov. 37. § 3.)

Iudaeus Christianum mancipium ne habeat nec catechumenum circumcidat, neque alios haereticus Christianum mancipium habeat. (Theod. Nov. 37. § 4.)

Nulla omnino haeresis domum aut locum orationis habeat. (Theod. Nov. 37. § 5.)

Si haereticus rem immobilem religiosae domus acceperit, reddit eam et amittit quod pro ea dedit: si vero eam alienaverit, ab accipiente vindicatur; et administrator qui eam dedit e venerabili domo eicitur et in monasterium conicitur, in annum a communione prohibendus.

Orthodoxus ne tradat haeretico rem immobilem in qua sita sit orthodoxa ecclesia: alioquin dominium amittit idque ecclesiae adiudicatur.

Iudaei novam synagogam ne exstruant: alioquin ecclesiae adiudicatur.

Cum quis sciens dederit haeretico rem immobilem religiosi loci, adiudicantur loco etiam fructus temporis elocationis. Quodsi ignorans id fecerit, nullum

---

[1] *Syn.* l. l. Pitra l. l. Bals. l. l. [2] *Syn.* I, 4, 6. Pitra l. l. Bals. l. l. [3] *Syn.* l. l. Pitra l. l. Bals. l. l. *Basil.* LX, 54, 29. [4] *Syn.* I, 4, 7. Pitra p. 556. 603. Bals. *ad Nom.* IX, 25 et XII, 2. [5] *Syn.* l. l. Pitra p. 603. Bals. *ad Nom.* IV, 7. Blast. *B*, 4. [6] *Index Reginae* ad Nov. 37. Pitra p. 567. 603. Bals. *ad Nom.* IV, 13. [7] Bals. l. l. Pitra p. 513. 555. 557. 603. 638. [8] *Syn.* l. l. Pitra p. 603. Bals. *ad Nom.* l. l. *Prochiron auctum* XXXIV, 8. Blast. *B*, 4. [9] Pitra p. 603.

τοῦτο ποιήσῃ, οὐδὲν ζημιοῦται, πλὴν ὁ λαβὼν αἱρετικὸς τὴν κτῆσιν ἐκβάλλεται αὐτῆς, κἂν ᾖδει κἂν ἠγνόει.[1]

damnum sustinet, sed haereticus qui possessionem accepit ea eicitur, sive sciverit sive ignoraverit. (Theod. Nov. 131 c. 21. 22. 24. 25.)

ν'. Οὐδεὶς αἱρετικὸς ὀφείλει διδάξαι τὰ ἴδια δόγματα οὐδὲ παραβάπτισμα ποιῆσαι οὐδὲ κοινωνίαν ἐπιτελεῖν.[2]

Nullus haereticus dogmata sua docere debet nec pravum baptisma facere nec communionem celebrare. (Theod. Nov. 42 c. 2.)

να'. Ἴσασι τοίνυν ἅπαντες — — — προνομίων.[3]

(Nov. 109 initio et fine truncata.)

νβ'. Θεσπίζομεν μὴ κληρονομεῖν — — — ἀπολαύειν ἐλευθερίας.[4]

(Nov. 144 c. 1. 2.)

νγ'. Θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι — — — προσηγορίαν νομίζοντα.[5]

(Nov. 146 c. 1. 2. 3.)

νδ'. Ἴδικτον περὶ πίστεως κωνσταντινουπολίταις. Πρῶτον εἶναι — — — κελεύομεν.[6]

(Nov. 132.)

---

[1] Pitra p. 584. *Attal.* 3, 4. *Index Reginae* ad Nov. 131, unde patet Theodori breviarium heic adhibitum fuisse. [2] Pitra p. 603. *Index Reginae* ad Nov. 42. [3] Pitra p. 600. Bals. *ad Nom.* XII, 2. Blast. *A*, 2. *Index Reginae* ad Nov. 109 monet *omnem novellam* h. l. fuisse insertam (prooemio et fine omissis). [4] *Index Reginae* ad Nov. 144. Pitra p. 509. Bals. *ad Nom.* IV, 7. X, 8. *Proch. auctum* XXXIV, 9. [5] *Syn.* I, 4, 7. Pitra p. 605. Bals. *ad Nom.* XII, 3. *Index Reginae* ad Nov. 146 (ἡ ὅλη νεαρά). [6] Bals. *ad Nom.* III, 15. *Index Reginae* ad Nov. 132 (ἡ ὅλη νεαρά).

LIBER LIII BASILICORUM.

Ex latina versione (Francisci Venturi), quae in Cod. miscell. n. 211 Bibliothecae Riccardianae continetur. Edidit C. E. Zachariae a Lingenthal in Actis Regiae Academiae Scientiarum Berolinensis: rursus edidit additamentisque ditavit E. C. Ferrini.

LIBER QUARTUS, TITULUS PRIMUS.[1]

De exercitoribus magistris nautis et cauponibus et actione quae ipsis vel adversus ipsos competit.

1. Nautica id est maritima decernuntur Rhodia lege in iis quibus alia lex non adversatur.[2]

2. Exercitor est is ad quem pertinet reditus et obventiones navis, sive dominus est sive a domino navem in universum conduxit ad tempus vel in perpetuum: nulla adhibita distinctione masculusne sit an femina, liber an servus. Pupillus autem tutoris utitur auctoritate.[3]

3. Magister est quem magister praeposuit ignorante exercitore. nam si opus[4] sit, ipse illum praeposuisse videtur: nam quodcunque factum ipsius praestat exercitor: et propter utilitatem facilius hoc accipimus in magistro quam in exercitore.[5] Tenetur autem quamvis iussus sit ut alium magistrum amoveat.[6]

4. Magister est cui totius navis cura mandata est.[7]

5. Nautam autem hic accipere debemus eum qui navem exercet (quamvis nautae appellantur omnes qui navis navigandae causa in nave sint): per se enim tantum et per magistrum navis obligatur.[8]

6. Si exercitores vel caupones aliquid in custodiam acceperint, conveniuntur nisi restituant; in ipsis etenim est ne quem recipiant.[9]

7. Tenetur etiam pro iis qui custodiae gratia navi praeponuntur ut sunt Nauphilaces[10] et diaetarii si quid receperint, quamvis ipse fecerit chrembolum.[11] sed si hoc non extet, tenetur exercitor de receptis.[12]

8. De ratibus et navigiis idem dicentum.[13]

Qui navigium vel officinam exercent et qui praesunt, non autem qui dimidiam operam praestat, tenentur: non solum de mercibus sed de vestimentis et quicquid in navi utimur universisque quae ad usum quotidianum pertinent: et quamvis res alienae sint, nostra tamen interest, nobis enim non dominis debentur, ut si merces pignoratas ob pecuniam nauticam in navem intulero.[1]

Tenetur autem de omnibus inlatis in navem quamvis ipsi adsignata non sint, nec solum nautarum factum praestare debet sed et vectorum, sicut et caupo peregrinorum.[2]

Convenitur etiam et de iis quos in mari accepit.[3]

Subiacet autem actioni in simplum atque etiam noxali in duplum eius quod ablatum est.[4]

Sed et exercitori furti actio competit in duplum cuius res sit periculo, nisi id in incerto sit aut nisi ipse surripiat et postea ab eo surripiatur.[5]

Si exercitor exercitoris caupo cauponis receperit, tenetur[6]; et vestimentorum et penoris quotidiani causa tenetur, quamvis de iis vectura nulla soluta sit.[7] Nam et sutor et fullo qui pro arte mercedem accipiunt tenentur actione ex locato quae est de custodia[8]

Quae dicta sunt de furto et de damno intelligenda sunt.[9]

Omnium nautarum factum praestat exercitor, sive liberi sint sive servi, siquidem in navi damnum datum est. nam si extra navem, non tenetur.[10]

Si praedixerit vectoribus ut unusquisque res suas servet neque damnum se praestaturum, et consenserint vectores, non convenitur.[11]

Si plures sint exercitores, unusquisque pro portione sua tenetur.[12]

---

[1] Legebatur lib. LIII. Amanuensis perperam solvit L. IIII, atque in numero legendo deceptus est.
[2] D. XIV, 2, 9. Cf. Attal. XXXII, 1. [3] D. XIV, 1, 1. § 15. 16. Cf. Scholium Synopsis (p. 520). [4] passus? [5] institore? [6] D. XIV, 1, 1. § 5. [7] D. eod. § 1. Cfr. Synops. l. l. [8] D. IV, 9, 1. § 2. [9] D. eod. pr. § 1. Cfr. Syn. N, 1, 2. [10] sic. [11] sic. [12] D. eod. § 3. Cfr. Syn. N, 1, 3. [13] D. eod. § 4.

[1] D. eod. § 5—7. [2] D. eod. § 8 u. dig. 2. [3] D. eod. 3 pr. [4] D. eod. § 1 sqq. [5] D. eod. 4 pr. [6] D. eod. § 1. [7] D. eod. § 2. [8] D. eod. 5 pr. [9] D. eod. § 1. [10] D. eod. 7 pr. [11] D. eod. [12] D. eod. § 5.

19. Actiones autem perpetuae sunt, in heredes autem non dantur. Quare si servus exercuerit navem et mortuus sit, nec intra annum competet in dominum actio de peculio.[1]

20. Pro contractibus nautarum non convenitur exercitor. Secus in delictis. Praevidisse enim debuit dolum negligentiam ac malitiam ipsorum antequam eos adhiberet.[2]

21. Qui navi magistrum praeposuit tenetur, sicut is qui aliquem officinae vel negotiationi praefecit.[3]

22. Si praepositus est magister ut locet tantum, non autem exigat neve vectores accipiat nec onera vel ea praescripsit, praefinivitque ut certis locis naviget, secus autem fecerit, non obligat exercitorem.[4]

23. Si plures sint exercitores unusquisque in totum convenietur, ne in plures scindatur qui cum uno contraxit.[5]

24. Unus ex exercitoribus contrahens cum magistro omnes afficit.[6]

25. Si servus communis voluntate dominorum exerceat, unusquisque e dominis in totum convenietur.[7]

26. Eorum qui in navigio moriuntur debetur merces nisi praedictum sit ut detur de deportatis.[8]

27. Nave naufragante reddit exercitor naula si qua in apparatum cepit tanquam non vexerit.[9]

28. Pro infante in nave nato naulum non datur.[10]

29. Si duarum amphorarum navem conduxisti solamque in ea amphoram intulisti, duarum vecturam debes, nisi de singulis illatis pretium te soluturum praedixisti.[11]

30. Si navis perierit quod caruerit gubernatore tenetur exercitor vectoribus.[12]

31. Cum plures mixtim triticum intulissent, exercitor uni reddidit, et naufragium passus est. Non datur actio reliquis adversus exercitorem. duo enim sunt species locati. aliquando enim idem redditur, ut in iis quae fulloni vel sutori dantur, aliquando non id ipsum sed eadem species, ut si dedero aurum argentumve ad vas conflandum, quod fit artificis [est]: et qui solutum argentum pignori accepit, nihil aliud debet quam quantitatem. et hoc casu igitur confusum triticum exercitoris effectum est liberumque ei fuit universum in unum congerere. solum etenim culpam et dolum praestare debuit tanquam si inter duos contractum esset. Si vero discretum fuit triticum uniuscuiusque, velut in cephinis seu quid simile, non transit dominium in exercitorem, sed unicuique competit repetitio et actio furtiva in duplum.[1]

32. Si dominus navis vel nautae quid temere proiecerint, navigium obligatur. sed si eo invito magister vel nautae proiecerint, navigium quidem domino redditur, sed ipsi in quadruplum damnantur et onera in fiscum rediguntur.[2]

33. Et qui praeest navi officinae vel cauponae tenetur ex delicto operarum tamquam ex proprio quamvis nihil deliquerit.[3]

34. Exercitor non praestat facta vectorum extra navigium.[4] nec a fluctibus summotus videtur vim pati.[5]

35. Qui cum armis aliquem e navi exturbat actione publica de vi tenetur graviterque in eum animadvertitur.[6]

36. Idem de iis qui vim inferunt.[7]

37. Qui navem nautasve impedit vel per dolum efficit ut detineantur, subiacet poenae nummorum viginti.[8]

38. Provinciam obtinenti non licet in ea navim exornare.[9]

39. Nec ecclesiastica nec alia quaelibet persona excuset navem maiorem modiis duobus millibus ante exportationem specierum cum omni vectura, nullumque habeant effectum rescripta quae navem immunem facerent.[10]

40. Si a muliere repellatur exercitor, de eo quod cum ea contractum est tenebitur mulier ea actione quae adversum se competit. nam et si praepositum officinae repellat mulier, tenetur tamen actione quae adversum eam competit. huiusmodi enim contractus non aliorum interest sed sua. nam si pro alio fideiubeat mulier non tenetur. haud etenim decet mulieres alienis contractibus obligari.[11]

41. Qui exercitori infert iniuriam publice tenetur et aestimatur ut excedat auri decem libras impunitatem exercitor ipse praestat.[12]

42. Qui exercitori aliquid subtrahit publice tenetur in quadruplum.[13]

43. Si publicam speciem emerit exercitor in quadruplum punitur.[14]

---

[1] D. eod. § 6. [2] D. XIV, 1, 1. § 2. Cf. Syn. N, 1, 4. [3] D. eod. pr. Cf. Syn. N, 1, 5. [4] D. eod. § 12. [5] D. eod. § 25 et dig. 2. [6] D. eod. 5. § 2. [7] D. eod. 6. § 1. [8] D. XIV, 2, 10 pr. [9] D. XIX, 2, 15. § 6. Cfr. Proch. XVII, 8. [10] D. eod. 19. § 7. [11] D. XIV, 2, 10. § 2. [12] D. XIX, 2, 13. § 2. Cfr. Proch. XVII, 7 et Attal. XXXII, 2.

[1] D. eod. 31. [2] D. XXXIX, 4, 11. § 2. [3] D. XLIV, 7, 5, § 6. [4] D. XLVII, 5, 1. § 6. [5] Quo locus spectet, non liquet. [6] D. XLVIII, 6, 3. § 6. [7] D. XLVIII, 7, 1. § 2. [8] D. XLVIII, 12, 2. § 1. 2. [9] D. XLIX, 15, 46. § 2. [10] Cod. XI, 4, 2. [11] Cod. IV, 25, 4. [12] Cod. XI, 2, 1. [13] Cod. eod. 3. [14] Cod. eod. 5 (similiter Cod. IV, 40, 2). Tipucitus: *περὶ ναύτου δημόσιον πωλοῦντος εἶδος ἵνα δίδωσι τὸ τετραπλάσιον.*

44. In eum qui in proprios usus vertit conchyliarem scapham datur actio in duas libras auri.[1]

45. Si quis exercitor sine filiis sive heredibus moriatur, non inferatur res eius in fiscum, sed habeat collegium exercitorum.[2]

TITULUS SECUNDUS, LIBRI TERTII.

De nave defendenda.[3]

1. Apparatum navis et scapham peculiariter[4] defendimus.[5]

2. Sane serva est navis navigandi opportuno tempore.[6]

3. Qui navem terebrat subiacet actioni confessus in simplum, negans in duplum.[7]

4. Si navis tua in meam irruens damnum dederit, si quidem nautae avertere potuerunt, tenentur praedicta actione, quemadmodum si quis manu vel conto laedat. si vero cannabis rumpatur et nihil ex extensis decidit, non subiacet dominus.[8]

5. Si vi ventorum percutiat navis in alterius anchoras funesque amputet[9], nautae non tenentur, si aliter se ipsos absolvere non potuerunt. idem dicendum de iis, qui in retia incidunt. Sane si contigit negligentia et socordia nautarum, locus est ante dictae actioni pro damno retis, non piscium captorum.[10]

6. Si navis navim demergat, gubernator vel qui prorae praesidet vel nautae convenitur ex negligentia, nisi ingens vis ventorum incubuerit.[11]

7. Si navis alteram demergat adversum se venientem, convenitur qui prorae puppive praeest. si vero fluctus vi accidit, non tenetur dominus; si negligentia nautarum eveniat sufficit ὁ ἀφήλιος.[12]

ἀζήνιος, corrupta ly Venturi in ἀζήλιος

8. Si rudentem solverit quis quo navis ligatur perieritque navis, in duplum condemnatur.[13]

9. Navis est quae mare flumen vel paludem navigat et schedia.[14]

Navicula et artemon non sunt partes navis. 10. clavus autem malum anchorae et vela quodammodo membra navis sunt.[1]

Si navim emero cum armamentis scapha non 11. venit: non enim inter armamenta navis est: eiusdem enim generis est, sed differunt magnitudine. dedecet itaque idem genus (et principale esse) et apparatum.[2]

Si ex tuis tabulis navem compegi, tibi[3] cedit 12. navis. nec enim ad priorem materiam redigitur.[4]

Si is cui onus incumbit non solvit, egoque 13. navim auctoritate propria contra sententiam ipsius regam abene,[5] fluviusque navem disperdat, periculum ad me attinet. si vero ipse annuit, negligentiam tantum praestabo, non violentiam.[6]

TITULUS TERTIUS, LIBRI IIII.[7]

De naufragio raptu iactu et contributione.

Si navis levandae causa merces iaciantur, omnium 1. contributione iactura levatur. domini enim rerum iactarum si locaverunt merces vehendas, habent adversum magistrum locati actionem, et ipse ex conducto ut merces reliquorum retineat ad praestandam damni partem. Si vero non retineat, habet actionem ex locato adversus vectores; fortasse enim merces non habuerunt. Si vero totam navem non locavit sed singula ipsius loca vectoribus, actionem conducti adversus omnes intentabit; communis enim debet[8] damni quod propter communem salutem proiectum est. Propter detrimentum navis seu iactum armamentorum non fit collatio, nisi ex communi vectorum voluntate vel metu damnum acceptum est; nec enim si instrumentum fabri frangatur, imputatur ei qui rem faciendam locavit.[9]

Omnia qualiacunque, quamvis navi oneri non 2. sint, et navis ipsa et extimatio[10] ipsorum subiacet contributioni exceptis liberis capitibus et cibariis: contribuerentur enim hiis[11] qui in nave sunt nec habent. competit autem dominis adversus magistrum actio pro rebus iactis. locus autem est contributioni, si navis redimatur a piratis. si vero alicuius merces ablatae sint vel sua quis ab eis redemerit, non est locus contributioni.[12]

---

[1] Cod. XI, 8, 9. [2] Cod. VI, 62, 1. [3] Seu potius vindicanda. Rubrica graeca (ut supra videre est) ait: *περὶ πλοίου ἐκδικουμένου.* [4] In margine additur: *separatim.* [5] D. VI, 1, 3. § 1. [6] D. eod. 36. § 1. Cfr. Syn. N, 1, 8. Venturi ergo legit: *Ἀμέλει δοῦλον ἐστι τὸ πλ. ἐν ἐπιτηδ.* [7] D. IX, 2, 27. § 24. Cfr. Syn. N, 1, 9. [8] D. eod. 29. § 2. Cfr. Syn. N, 1, 10. In schol. ad Bas. LX, 5, 2 locus laudatur ut cap. VI. Vide etiam Attal. XXXII, 5. [9] In libro scriptum est: ibique infringatur. Haec tamen deleta sunt et pro his positum est: funesque amputet. [10] D. cit. § 3. Cfr. Syn. N, 1, 10. [11] D. eod. § 4. Cfr. Syn. cit. necnon Attal. XXXII, 6. [12] D. ibid. et Syn. ibid. ὁ ἀφήλιος est nimirum actio legis Aquiliae; quod Venturi minime assecutus est. [13] D. eod. § 5. Cfr. Syn. l. c. necnon Attal. XXXII, 7. [14] D. XIV, 1, 1. § 6. Vide Attal. XXXII, 8.

[1] D. XXI, 2, 44. [2] D. XXXIII, 7, 29. Cfr. Syn. N, 1, 11. [3] mihi? σόν legit et A. [4] D. XLI, 1, 26 pr. [5] regam aut teneam? Videtur Venturi dubitasse utra voce verbum *κατάσχω* reddendum esset. [6] D. XIII, 7, 30. [7] Antea et rectius libri tertii (h. e. LIII). [8] Deest v. *esse.* [9] D. XIV, 2, 1. 2 pr. § 1. Vide Syn. N, 1, 12 atque Attal. XXXII, 9. [10] sic. [11] sic. [12] D. eod. 2. § 2. 3. Graece l. 2. § 2 habet Syn. l. l.

3. In contributione quae iacta sunt aestimantur quanti empta fuerunt, non quanti venire poterant. non enim lucri sed damni habetur ratio. sed ea quae contribuuntur aestimantur quanti vendi possunt.[1]

4. Servorum qui tempestate perierunt vel morbo absumpti sunt non fit aestimatio.[2]

5. Si quis ex vectoribus solvendo non sit, id non pertinet ad exercitorem.[3]

6. Quod iactum est derelictum non est, sed domini manet.[4]

7. Si navis levandae causa iactis sarcinis meis alia navis naufragetur nonnullique per urinatores precio sua recuperarint, ipsi mihi contributionem facient, non utique ego ipsis si contingat me per urinatores aliquid recuperare.[5]

8. Si merces salvae deteriores factae sint propter iactum, fortasse enim propterea quod nudatae sint aspergine maduerunt, si quidem contributio ab ipsis fieri deberet numorum decem, et damnum sit numorum quinque, quinque tantum contribuuntur. sed si contributio sit decem, damnum autem viginti, non contribuunt, sed contribuitur[6] ipsis decem, quae secundum convenientem contributionem relevent damnum.[7]

9. Amissa nave qui ex naufragio sua servarunt non conferunt. nam tunc confertur, cum iactus fit ut caetera salva sint salva nave.[8]

10. Si armamenta vi fluctus perierint exercitorque alia emerit atque ita navigans merces servarit, non debetur a dominus mercium contributio.[9]

11. Pereunte nave quodcunque quis ex rebus propriis servayit habeto, quemadmodum ex incendio.[10]

12. Quod levandae navis causa proiectum est non est derelictum. requirit enim illud dominus et si invenerit capit. simile autem videtur illi, qui in via proiicit onus ut cum aliis revertatur accipiatque.[11]

Si ut tua servares mea proiecisti, non teneris. 13.
si temere proiecisti, est locus actioni. Si per dolum, competit adversum te actio in dolo in duplum.[1]

Si alienum armamentum[2] proiecero in mare 14.
non ut lucrum sed ut damnum inferam domino, teneor actione.[3]

Si ex iactu alterius propter lucrum substulero 15.
teneor furti.[4]

Quod ex naufragio mihi periit, non statim de- 16.
sinit meum esse. Sane si quis abstulerit, in quadruplum damnatur.[5]

Quod ex naufragio substuli meum non est, nisi 17.
prior dominus pro derelicto habeat.[6]

Res ex nave proiectae non sunt sine domino.[7] 18.

Naufragio vel iactu amissa longo tempore non 19.
usucapiuntur: nec enim sunt absque domino.[8] Sed heredibus quidem datur actio quae competit adversus eos qui ex naufragio vel casu vel incendio substulerunt: in heredes autem ad rem tantum consequendam.

Qui e nave proiicit ante tempus, rei a se do- 20.
minium abdicat, fitque invenientis. At si, ut salvam reciperet, proiecit, vindicat ab eo qui cepit. Ignorans enim mentem proiicientis et lucrandi gratia accipiens ut fur tenetur in duplum: si vero ut servaret domino cepit, furtum non committit, quemadmodum si arbitratus est simpliciter eiectum esse.[9]

Qui ex naufragio vel depraedata nave rapit vel 21.
dolo subripit vel damnum infert, intra annum in quadruplum, post annum in simplum tenetur. Competit autem actio pro servo et familia. Poenalis etiam iniuriarum. Locus autem est legi, si tempore et loco naufragii furtum commissum est; teneturque etiam de sicariis.[10]

Si ex nave quid temere positum ceciderit et 22.
quempiam laeserit, intentatur actio adversus praefectum navis.[11]

Qui naufragio vel iactu amissa in littore acci- 23.
pit, ut fur tenetur in duplum tantum.[12]

Qui gubernacula unumve ex ipsis amovet, pro 24.
toto negocio tenetur.[13]

---

[1] D. eod. 2. § 4. Vide Syn. N, 1, 13. [2] D. eod. 2. § 5. [3] D. eod. 2. § 6. [4] D. eod. 2. § 8. [5] D. eod. 4. § 1. [6] sic. [7] D. eod. 4. § 2. In Bieneriano (nunc lipsiensi) codice Epanagoges in calce ita legitur: *Ἐὰν τὰ σωθέντα φορτία χείρονα γίνονται κατὰ πρόφασιν τῆς ἀποβολῆς, τυχὸν γὰρ ἀγυμνωθέντα ἐβρόχησαν, εἰ μὲν τῆς ἐξ αὐτῶν ὀφειλουσης γενέσθαι συνεισφορᾶς οὔσης νομισμάτων ι' ἡ ζημία γένηται ε' νομισμάτων, τὰ ε' μόνον συνεισάγουσι· εἰ δὲ, τῆς συνεισφορᾶς οὔσης ι' νομισμάτων, ἡ ζημία γένηται κ', οὐ συνίσταται* (?), *ἀλλὰ καὶ συνεισάγεται αὐτοῖς τὰ ι' τὰ μετὰ τὴν ἁρμόζουσαν συνεισφορὰν πλεονάζοντα* (?) *τὴν ζημίαν.* supra p. 102. [8] D. eod. 5 pr. Cfr. Syn. N, 1, 13. [9] D. eod. 6. Vide Syn. N, 1, 15. [10] D. eod. 7. Vide Syn. N, 1, 16. [11] D. eod. 8.

---

[1] D. XIX, 5, 4 pr. [2] Aliud verbum (postea deletum) scriptum prius fuerat. [3] D. eod. 14. § 2. [4] D. XLI, 1, 9. § 8. Vide Syn. N, 1, 14. [5] D. eod. 44. [6] D. eod. 58. [7] D. XLI, 7, 7. [8] D. XLI, 2, 21. § 1. 2. Cfr. Syn. N, 1, 18. Verba postrema fortasse scholium exhibent, quod in textum inrepsit. [9] D. XLVII, 2, 43. § 11. [10] D. XLVII, 9, 1 pr. § 1. 5. et l. 2. 3 pr. § 8. Vide Schol. Basil. ed. Heimb. II p. 25 necnon Syn. A, 41 und Attal. XXXII, 12. [11] D. IX, 3, 6. § 3. [12] D. XLVII, 9, 3 pr. [13] D. eod. 3. § 8.

25. Qui per fraudem vel consulto auxilium naufragantibus navique non praestat, tenetur lege homicidarum.[1]

26. Qui rapit vel e naufragio lucratur quam poenam pro damno solvet, eandem itidem in fiscum conferet.[2]

27. E naufragio rapit, qui dum naufragii metus instat rapit.[3]

28. Si maior praeda e naufragio intercepta sit, liberi fustibus verberati per triennium in exilium mittuntur vel in opus metalli deportantur, si perfecta aetate sunt; servi autem virgis caesi in metallum deportantur. Sed si quod raptum est haud multi precii sit, liberi servique ut dictum est affecti verberibus dimittuntur. Decet autem ut in caeteris in hoc quoque cum puniuntur et personarum et rei habere rationem, ne gravius neve clementius habeantur quam deceat.[4]

29. Actiones vero heredibus dantur sed haudquaquam in heredes nisi ad rem tantum.[5]

30. Qui proiectum ex naufragio quid accipit adlegato tempore, fur est. si vero per occasionem naufragii rapit, indifferenter fur est, sive ex mari sive ex naufragio sive ex littore rapiat. Idem dicendum si ex nave vel schedia expugnata quis rapiat.[6]

31. Expugnata dicitur navis seu victa depraedetur sive submergatur sive perforetur sive vela rumpantur vel anchorae mari dimoveantur.[7]

32. Sancitum est neminem extraneum colligere res ex naufragio, seu miles seu privatus seu liber seu principis servus. Domini etenim aedificiorum quorum propius contigit naufragium, restituent si quid ex huiusmodi rebus ablatum constabit. Quodsi quis ex illis subripiet, ut fur graviter plectetur. In inquisitionem autem qui rei dicuntur, vel vincti ad magistratus mittentur vel sub cautione quanti aestimabitur delictum. locorum itidem domini cavebunt.[8]

33. Eiectam vi fluctuum in agro meo schediam non recuperabit dominus quousque me de damno quod inde accidere posset tutum reddat.[9]

34. Unicuique impune licet proprium colligere naufragium.[10]

35. Si quis ex naufragio aliquid apud quempiam deposuerit negeturque, depositi aget ad duplum. Si heres dolose idem egerit, et in eum actio in duplum competet.[11]

[1] D. eod. 3 § 8. [2] D. eod. 3 § 8. Cfr. Balsam. ad Nomoc. IX, 27. [3] D. eod. 4 pr. [4] D. eod. 4. § 1. Videantur: *ῥοπαί* 26, 8. [5] D. eod. 4. § 2. [6] D. eod. 5. Vide Syn. N, 1, 19. Laudatur locus in schol. 1 ad Basil. LX, 20, 3. [7] D. eod. 6. [8] D. eod. 7. [9] D. eod. 8. [10] D. eod. 12 pr. [11] D. XVI, 3, 1. § 1. Vide schol. c ad Bas. XIII, 2, 1.

Qui ab exercitore quid furatur publice in id quod quadruplum excedat punitur.[1]

Non inferantur in fiscum quae ex naufragio ad littus appellunt sed reddantur dominis.[2]

Probet intra annum exercitor ubi naufragium passus sit ut pro vero admittatur.[3]

LIBRI TERTII, TITULUS QUINTUS.[4]

De legato usu et confessione navis.[5]

Domo vel nave vendita non videntur singillatim venditi lapides tabulaeque. quare nec de evictione ipsarum in duplum venditor tenetur quasi parte evicta.[6]

Si generaliter navis legetur perque partes totam novavero manente forma, navis debetur legatario.[7]

Legato lignorum ad opus utilium non veniunt naves ex ipsis confectae. Nec si legata navis ad materiam redigatur, nec ipsam nec ligna praestabo.[8]

Si ex parte navis innovetur, manet usus. Quodsi dissolvatur atque ex eadem materia nihil addito reficiatur, extinguitur usus. Idem dicendum de domo.[9]

Si confessus tibi navem eam dissolvero eandemque iisdem tabulis refecero, si quidem animo reficiendi dissolvi, eadem videtur navis debeturque. Quod si animus fuit in alios usus tabulas convertere et poenitens incepti navem refeci, alia videtur nec tibi debetur.[10]

LIBER III, TITULUS VI.[11]

De pecunia traiectitia.

Traiectitia pecunia est quae trans mare vehitur, non quae in loco expenditur, nec quod ex ea emitur, si tum[12] periculo creditoris vehitur.[13]

Si non adsit qui de traiectitia interpellari debet, testatio de eo fit proque petitione est.[14]

Ex quo convenit navem navigare periculum creditorem spectat.[15]

Pro nautico debito in pignus oppositae fuerunt mihi merces in navi: si non sufficerent, oppositae item quae in aliis navibus essent. Si ante praefinitum tempus periit navis in qua pecunia mea est, non competit mihi ius in caeteras naves quippe extincto principali debito. Si post praefinitum tempus periit, vel si non periit non tamen sufficient merces quae in ea sint vel perierint, tenentur mihi et ea quae

[1] Cod. XI, 2, 3. [2] Cod. XI, 6, 1. [3] Cod. eod. 2. Cfr. *ῥοπαί* 24, 37. [4] sic. [5] Graece sic legitur: *περὶ πλοίων ληγατευομένου ἢ ἐν χρήσει διδομένου ἢ ὁμολογουμένου.* [6] D. XXI, 2, 36. [7] D. XXX, 24. § 4. Vide Syn. A, 1, 146. [8] D. XXXII, 88. § 1. 2. [9] D. VII, 4, 10. § 1. [10] D. XLV, 1, 83. § 5 (XLVI, 3, 98). [11] sic. [12] tamen? [13] D. XXII, 2, 1. Cfr. Syn. X, 2, 73. [14] D. eod. 2. [15] D. eod. 3.

in caeteris navibus. In traiectitiis autem imminutio pignorum non foeneratorem sed debitorem spectat.[1]

5. In traiectitiis absque stipulatione petuntur usurae ex conventione.[2]

6. Creditor si per eum stabit quominus praestituto tempore traiectitiam accipiat, non habet usurae petitionem.[3]

7. Qui pecuniam magistro credit nosse debet cui rei praesit, necessariumque esse sumptum ad quod mutuatur. Nam si in decoranda nave absque necessitate expendit, non habebit adversus exercitorem actionem. Si plus credidit, non conveniet exercitorem in totum. Sane si in refectione navis utiliter expendet, non autem in superfluis ornamentis, tenebitur exercitor.[4]

8. Qui propter edificium[5] vel apparatum credit, habet praelationem.[6]

9. Si in fabricanda vel armanda vel emenda nave credidi, vel si navem vendidi creditorque sum, habeo praelationem post fiscum.[7]

10. Posterius credens tum praefertur, cum in armamentum navis credit sibi obligatae vel in refectione vel in victu nautarum vel ut servet obligatas sibi merces vel in solutione ipsa nauli. fortius enim obligat quam precium rerum quae in horreis sunt vel mesinauli.[8]

11. Qui nautico foenore foenerantur si convenerit ut apud eos periculum sit acceperintque pignus, negocio[9] deperdito si res pignoratae in promtu sint nihil eos iuvant. nihil enim interest ipsine navigaverint vel pecuniam numeratam in navi habuerint nec ne. Tunc enim maiores debentur usurae cum foeneratoris periculo accipiuntur. qui periculum non suscipiunt maiores usuras non possunt exigere.[10]

12. Foenus nauticae pecuniae crescit super legitimum modum quamdiu in periculo est. quodsi navis in tuto sit, cessant usurae maiores legitimis.[11]

13. Creditor periculum navigationis non suscipiens maiores usuras non accipit.[12]

14. Si foenerator nunciaverit periculum esse in navigatione qua convenit solumque[13], exercitor vero alio pergat et periclitetur vel praeter propriam causam merces deperdat, puta si intulerit aliqua quae emere non debuerit, periculum hoc ad foeneratorem non pertinet.[14]

[1] D. eod. 6. [2] D. eod. 7. [3] D. eod. 8. [4] D. XIV, 1, 7 pr. [5] sic. [6] D. XLII, 5, 26. [7] D. eod. 34. [8] D. XX, 4, 5. 6. Verba precium rerum-mesinauli adscripsit ipse Venturi qui addit ut ὑπὲρ κτινομισθίων. Vide Syn. X, 3, 19. [9] navigio? [10] Forte refertur locus ad l. 1 C. IV, 33, quae periit. [11] Cod. IV, 33, 2. [12] Cod. eod. 3. Cfr. Syn. X, 2, 75. [13] Solumque est pro καὶ μόνον. *Dumtaxat* fuerat scribendum. [14] Cod. eod. 4.

TITULUS SEPT.[1], LIBRI III.

De piscatoribus piscatione et iure maris.

Duos fundos habebam, vendidi sibi alterum pactusque sum ne piscareris. quamvis servitus mari privatis pactionibus non imponatur, tamen si bona fide hoc in venditione pactum est, valet, emtorque et eius in venditione vel in hereditate successores servare coguntur.[2] 1.

Curent magistratus, ne piscatores noctu ignem adhibeant periculumque facessant navibus navigantibusque, qui ex ipsorum lucro[3] existiment se portum adventare.[4] 2.

Qui longo tempore in flumine publico solus piscatur, recte prohibet caeteros.[5] 3.

Qui in mare me prohibet piscari, tenetur actione iniuriarum, quemadmodum qui me prohibet uti loco publico vel rebus meis. illi qui publice conduxit datur legitimus defensor si conducto uti prohibeatur.[6] 4.

Consuetudo quamvis sit, tamen est contra leges ut quidam ante aedes suas caeteros piscari prohibeant.[7] 5.

Agricultores et piscatores non coguntur proventus suos ad urbes deferre et per se ipsos vendere, sed licet aliis tradere et ad propria munia reverti.[8] 6.

Recte molem in mari facit et aedificat in littore qui nulli incommodum adfert.[9] 7.

Qui in mare pilam iacit dominus quidem ipsius fit, sed haud licet iacere si usus maris littorisve impeditur.[10] 8.

Usus ripae fluminis publicus est, et volenti licet adpellere navim et in ripa ponere sarcinas retiaque exsiccare et in fluminibus navigare funemque arboribus in ripa enatis adligare, dominium autem ripae arborumque pertinet ad dominum in cuius agro sunt.[11] 9.

Littus est usque eo quo excurrit maximus fluctus. Idem in palude, nisi tota privati iuris sit.[12. 13] 10.

[1] sic. [2] D. VIII, 4, 13 pr. [3] luce? sed v. supra. [4] D. XLVII, 9, 10. [5] D. XLIV, 3, 7. [6] D. XLVII, 10, 13. § 7. [7] D. eod. Cfr. Syn. A, 36, 1. [8] D. L, 11, 2. [9] D. L, 11, 2. [10] D. XLIII, 8, 2. § 8. [11] D. eod. 3. § 1. [12] D. I, 8, 5 pr. [13] Hic desinit latina versio Venturi. Nihil in ea ex titulo VII receptum est. Adduntur tamen leges nauticae (tit. VIII), quae satis cognitae sunt neque ea est nostrae versionis praestantia, ut omnino describendae videantur. Admonendi tamen sumus (ut nunc ex novo florentini libri apographo, quod pro me confecit vir doctissimus S. Minocchi, omnino certior fio) Venturi versionem, ideoque eius graecum archetypum, etiam priora illa XVIII capitula continuisse, quae in heimbachiana editione desiderantur. Cum autem ad XVIII^um^ illud desperatum fere caput vir graecae linguae certe non imperitus pervenisset, nihil melius se facere posse putavit, quam ut ipsa graeca describeret, omni versione praetermissa. Pro χρηννύειν legitur ibid. χρῆν νάειν atque pro κατὰ θερίων καταθήριον. In ipsa lege Rhodia XXIX dumtaxat priore capita inveniuntur.

BASILICORUM FRAGMENTA DEPERDITA

ex operibus DEMETRII CHOMATENI, iuris commentariis editis compluribus, libris manuscriptis restituta.[1]

* II, 3, 2. *Τὸ ἧττον ἐπὶ τῶν ἀσαφῶν ἐπιλεγόμεθα. Ἧττον δέ φασιν οἱ ἑρμηνευταὶ τὸ κουφότερον.*[2] (Dem. Chom. 358.)

Quod minus est in ambiguis sequimur. Minus dicunt interpretes id quod est levius. (fr. 9. D. 4, 17.)

* II, 3, 40. [schol. *Θεματίσας δέ τις τῶν παλαιῶν ἔξωθεν τοῦ τοιούτου κεφαλαίου οὕτω φησὶν·*] *Ἐὰν ὑπόσχωμαι τὸ τῇ δούλῃ μου κυοφορούμενον, τότε ἀπαιτοῦμαι αὐτὸ ὅταν καὶ γεννηθῇ, οὐ μὴν δὲ πρὸ τοῦ τοκετοῦ· τοῦτο γὰρ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων οὐκ ἀπαιτεῖ.* (Dem. Chom. 362.)

[Illustrans quidam veterum extrinsecus hoc capitulum sit ait]: Si promisero id quod ex ancilla mea nasciturum est, tunc id a me petitur, cum natum fuerit, non vero ante natum. id enim rerum natura non vult. (ad fr. 39 ib.)

* IV, 1, 9. [schol.: *ζήτει καὶ τὸν ἔξωθεν τοῦ τοιούτου κεφαλαίου παλαιὸν λέγοντα·*] *Ὁ μονάσας ἀζημίως λύει ἣν ἐποίησε μνηστείαν, εἰ δὲ γαμήσας ἐμόνασεν, ὑπόκειται τῷ ἀπὸ τελευτῆς κάσῳ.* (Dem. Chom. 81.)

[Quaere et extra hoc capitulum veterem dicentem]: Qui monachus fit impune solvit quae inierat sponsalia; si quis autem post matrimonium fit monachus, perinde habetur atque si mortuus fuerit.

* XV, 4, 1—3. *Οὐ κατέχεται ἡ γυνὴ ἐκ τῶν τοῦ ἀνδρὸς συναλλαγμάτων κἂν ἐγγυήσηται αὐτὸν ὡς ἐκ τοῦ βελιανείου δόγματος βοηθουμένη καὶ οὐδὲ δημευομένου τοῦ ἀνδρὸς συνυπάγονται τῇ δημεύσει τὰ πράγματα τῆς γυναικὸς οὐδὲ τὰ ἐξώπροικα ὑπόκεινται ταῖς τοῦ ἀνδρὸς λειτουργίαις.* (Dem. Chom. 314.)

Non tenetur mulier ex viri contractibus, quamvis pro eo fideiusserit ope senatusconsulti velleiani, neque publicato viri patrimonio in publicationem devolvuntur res uxoris neque bona paraphernalia subiacent viri muneribus.

XVI, 1, 7. *Ὁ τοῦ ἐδάφους οἰκήματος ἔχων τὴν χρῆσιν, οἱαδήποτε κέρδη ἐστὶ τῶν οἰκημάτων, αὐτὸς ἔχει.* (Syn. X, 4, 2.)

Qui soli aedium usumfructum habet, quaecunque lucra aedium sunt, ipse habet. (fr. 7. § 1. D. VII, 1.)

XVI, 1, 44. *Καινὴν ἀμφίασιν βαλεῖν τοῖς ἀναμφιάστοις τοίχοις ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων οὐ δύναται, κἂν κρείττονα τὴν αἵρεσιν τοῦ δεσπότου ποιεῖ.* (Epitome VI, 34.)

Novum tectorium imponere parietibus qui rudes fuissent usufructuarius non potest, tametsi meliorem causam domini facturus sit. (fr. 44. D. VII, 1.)

XVIII, 5, 3 th. 7. *Ἐὰν ἐλευθεριάζων δοῦλος δικάσηται παρὰ αἱρετῷ δικαστῇ ἢ ἐμπράκτῳ, οὔτε περὶ τῶν ψηφισθέντων οὔτε περὶ τῆς ποινῆς δίδοται περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγή· ἀρμόζει δὲ ἐπὶ τοῖς διαποντίοις χρήμασιν.* (Epitome IX, 31.)

Si servus, qui se pro libero gerit, apud compromissarium vel ordinarium iudicem litigaverit, nec de iudicato nec de poena datur de peculio actio, competit autem in traiecticia pecunia. (fr. 3. § 8. D. XV, 1.)

* XIX, 1, 15 [*ῥητῶς*]. *Ὅπερ ἐπώλησα οὐ γίνεται τοῦ λαβόντος, εἰ μὴ δοθῇ τὸ τίμημα ἢ ἱκανοδοσία ἢ ἄνευ ἱκανοδοσίας καταπιστεύσω τῷ ἀγοραστῇ.* (Dem. Chom. 300.)

[ut in textu.] Quod vendidi non id fit accipientis, nisi datum sit pretium aut satis datum sit aut sine satisdatione fidem emptoris sim secutus. (fr. 19. D. XVIII, 1.)

[1] Partim iam collegerat C. E. Zachariaeus a Lingenthal *Beiträge zur Kritik und Restitution der Basiliken* p. 17 sq. Quae ipse collegi asterisco notavi. [2] In Bas. editis haec hodie solum leguntur: *Ἐπὶ τῶν ἀσαφῶν τὸ ἧττον ἐπιλεγόμεθα.*

* XIX, 1, 22 (ῥητῶς). *Ὁ ἐξ οἱουδήποτε ἀγοράζων νομίζων αὐτὸν δεσπότην καλῇ πίστει ἀγοράζει· οὐ μὴν ὁ ἀγοράζων παρὰ ἀνήβου χωρὶς αὐθεντείας τοῦ ἐπιτρόπου ἢ ἐν εἰδήσει σὺν αὐθεντείᾳ τοῦ πλαστοῦ ἐπιτρόπου.* (Dem. Chom. 304.)

XIX, 1, 34 (32) th. 3. *Ἐὰν ὁ πράτης καὶ ὁ ἀγοραστὴς γινώσκωσι κλοπιμαῖον τὸ πιπρασκόμενον, οὐδέτερος ἀγωγὴν ἔχει· ἀλλήλους γὰρ ἀπατῶσιν· εἰ δὲ μόνος ὁ ἀγοραστὴς οἶδεν, οὐκ ἔχει κατὰ τοῦ πράτου ἀγωγὴν, εἰ μὴ δίδοται αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, οὔτε ὁ πράτης κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, εἰ μὴ ἐκὼν παράσχῃ ὅπερ συνεφώνησεν· εἰ δὲ μόνος ὁ πράτης οἶδεν, ἐνέχεται· ἀναγκάζει γὰρ ὁ πράτης τὸν ἀγοραστὴν καταβαλεῖν αὐτῷ τὸ τίμημα, λέγων αὐτῷ, εἰ καὶ φούρτιβον ἦγουν κλεψιμαῖόν ἐστιν, οὐδὲν πρὸς σὲ, ἐμοῦ τῇ ἐκνικήσει ὑποκειμένου· καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἀγοραστὴς ζητεῖ τὸ πρᾶγμα.* (Proch. auct. Parat. 22, 5.)

* ib. 39 (paragraphe: *ταῦτα τὸ λθ΄ διαλαμβάνει κεφάλαιον τοῦ α΄ τίτλου τοῦ ιθ΄ βιβλίου τῶν βασιλικῶν, οὗ ἡ παραγραφὴ ἑρμηνεύουσα τὴν ὑπεξαίρησιν τῶν ῥητῶς ἐπιτετραμμένων οὕτω φησὶν·*). *Ἐὰν ὁ ἄρχων ἔχῃ τι πατρῷον ἐν τῇ χώρᾳ ᾗ ἄρχει, ἐπιτέτραπται ἀγοράζειν αὐτὸ φθάσαν ποτὲ πρὸς ἕτερον διαπραθῆναι ἢ μέλλον.* (Dem. Chom. 312.)

XIX, 1, 45 (43). *Ἐὰν ἐν ἀγνοίᾳ τὶς ἐσθῆτα παλαιὰν ἀντὶ νέας ἀγοράσῃ, εἰ μὲν τοῦ πράτου γινώσκοντος, εἰς τὸ διαφέρον πᾶν κινεῖ· εἰ δ' ἀγνοοῦντος, ἐπὶ μόνῳ τῷ πράγματι ἐνάγεται· εἰ δ' ἀγνοῶν χρυσόχαλκον ἀντὶ χρυσοῦ πωλήσῃ, ἐνάγεται ἐπὶ τῷ δοῦναι τὸν χρυσόν.* (Proch. auct. Par. 22, 25.)

* ib. 50. *Ὁ πράτης κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ τὴν περὶ τοῦ τιμήματος ἀγωγὴν κινεῖ. Τὴν γὰρ περὶ πράγματος ἀγωγὴν μετὰ τὴν τοῦ πράγματος παράδοσιν ἔχειν οὐ δύναται.* (Dem. Chom. 301)

XIX, 1, 57 (55). *Ἐὰν πραθῇ ἤδη οἶκος καυθεὶς ὅλος ἀγνοοῦντος τοῦ πράτου καὶ τοῦ ἀγοραστοῦ, οὐκ ἐρρωται ἡ πρᾶσις καὶ τὸ τίμημα ἀναλαμβάνεται· εἰ δὲ τὸ πλέον ἐκαύθη μέρος, οὐκ ἀναγκάζεται πληρῶσαι τὴν ἀγορασίαν ὁ ἀγοραστὴς, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ἀναλαμβάνει· εἰ δὲ τὸ ἥμισυ ἢ ἧττον ἐκαύθη, ἀναγκάζεται μὲν ὁ ἀγοραστὴς πληρῶσαι τὸ συνάλλαγμα, τὸ δὲ τίμημα πρὸς ἀναλογίαν μειοῦται διακρίσει τοῦ δικαστοῦ. εἰ δὲ γινώσκει τὴν καῦσιν ὁ πράτης καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἀγνοεῖ, εἰ μὲν ὅλος ὁ οἶκος ἐκαύθη, ἀνίσχυρος ἡ πρᾶσις· εἰ δὲ σώζεται ὁσονδήποτε μέρος, συνίσταται ἡ πρᾶσις καὶ δίδωσιν*

(ut in textu.) Qui a quocumque emerit putans eum dominum esse bona fide emit, non vero qui emit a pupillo sine tutoris auctoritate vel socius cum auctoritate falsi tutores. (fr. 27. D. XVIII, 1.)

Si venditor et emtor sciant furtivum esse quod venit, neuter actionem habet: invicem enim se decipiunt. Si solus emtor scit, non habet actionem adversus venditorem, nisi praestetur ei res, nec venditor adversus emtorem, nisi ultro quod convenit praestiterit. Quodsi solus venditor scit, tenetur. Compellit enim venditor emtorem solvere sibi pretium, dum ait: licet furtivum sit, nihil tua interest cum ego evictioni obnoxius sim: et inde emtor rem consequitur. (fr. 34. § 3. D. XVIII, 1.)

(id persequitur XXXIX capitulum tituli primi libri XIX Basilicorum, cuius paragraphe explicans exceptionem eorum, quibus specialiter est concessum sic ait:) Si magistratus habeat rem paternam in regione, ubi imperium gerit, permittitur eam emere, cum futurum sit ut alteri distrahatur.
(paragr. ad fr. 46. D. XVIII, 1 v^is *nisi specialiter.*)

Si quis ignorans vestimenta interpola pro novis emerit, si quidem venditore sciente, de omni quod interest agit: sin ignorante, solius rei nomine convenitur. Sin ignorans aurichalcum pro auro vendiderit, convenitur ut aurum praestet.
(fr. 45. D. XVIII, 1.)

Venditor contra emptorem agit ex vendito; actionem enim in rem post rei traditionem habere non potest. (c. 1. C. IV, 49.)

Si domus venierit iam omnino combusta ignorante venditore et emtore, venditio non valet pretiumque recipitur. Sin amplior pars combusta sit, non compellitur perficere emtionem emtor sed et recipit quod datum est. Sin vero dimidia vel minor pars combusta sit, cogitur quidem emtor contractum adimplere, pretium autem pro rata minuitur aestimatione iudicis. Sin venditor incendium novit et emtor ignorat, si quidem tota domus combusta est, venditio irrita est: si vero superest quantacunque pars, venditio consistit et praestat venditor emtori quod interest. Si venditor ignorabat, emtor autem sciebat, valet venditio et com-

ὁ πράτης τῷ ἀγοραστῇ τὸ διαφέρον. εἰ δ' ὁ μὲν πράτης ἠγνόει, ὁ δ' ἀγοραστὴς οἶδεν, ἔρρωται ἡ πρᾶσις καὶ ἀναγκάζεται ὁ ἀγοραστὴς δοῦναι ὅλον τὸ τίμημα. εἰ δ' οἱ δύο γινώσκουσιν ὅλον ἢ ἐκ μέρους καυθῆναι τὸν οἶκον, ἀνίσχυρος ὁ πρᾶσις ὡς ἑκατέρου δόλον πλημμελήσαντος, ὅτι ὁ δόλος ἐμποδίζει τῇ συστάσει τῶν καλῇ πίστει συναλλαγμάτων. (Proch. auct. Par. 22, 16.)

XIX, 1, 58 (56). Εἰ δὲ ἀγρὸς πραθῇ τῶν δένδρων αὐτοῦ καυθέντων ἢ ἐξ ἀνέμου ἀποσποσπασθέντων δι' ἃ ὁ ἀγρὸς ἠγοράσθη, ἀνίσχυρος ἡ πρᾶσις εἴτε ᾔδει εἴτε ἠγνόει ὁ πράτης· εἰ δ' ὁ ἀγοραστὴς ᾔδει ἢ ἠγνόει ἢ ἑκάτερος, τὰ περὶ τοῦ οἴκου προλεχθέντα κρατεῖ. (Proch. auct. Par. 22, 20.)

Si ager venditus sit arboribus eius igne absumtis vel vento deiectis propter quas ager emtus erat, venditio irrita est, sive scierit sive ignoraverit venditor. Quodsi emtor scierit vel ignoraverit, aut uterque, quae de aedibus supra dicta sunt obtinent. (fr. 58 [56]. D. XVIII, 1.)

XIX, 1 (96). Ἐάν τις πιπράσκων ἢ ἄλλως ἐκποιῶν πρᾶγμα συμφωνήσῃ, ἵνα μὴ ἐξῇ τῷ ἀγοραστῇ τάφον οἰκοδομῆσαι ἐν τῷ τόπῳ ἢ ἄλλα ποιεῖν θείου δικαίου, τοῦτο τὸ σύμφωνον ἔρρωται. ἔξεστι γὰρ ἑκάστῳ παραιτεῖσθαι γείτονα ὃν οὐ βούλεται ἔχειν διὰ ἰδικοῦ συμφώνου. (Proch. auct. Par. 22, 21.)

Si quis dum vendit vel aliter rem alienat paciscatur, ne liceat emtori monumentum exstruere in eo loco vel alia quaedam facere divini iuris, tale pactum valet. Licet enim cuique recusare vicinum, quem non vult habere, per specialem conventionem. (c. 9. C. IV, 54.)

* XIX, 6, 15. Ἡ πρᾶσις ἐκ τοῦ μὴ καταβληθῆναι τὸ τίμημα οὐκ ἀνατρέπεται, εἰ μὴ ἄρα ἐξ ἀρχῆς κατὰ δωρεὰν ἐγένετο καὶ ἡ τῆς ἀγορασίας πίστις ἐπὶ τῆς πράσεως χωρὶς ποσότητος οὐδεμία ἐστίν· ἐκ δὲ τοῦ ἀρέσαντος τιμήματος μὴ ἀριθμηθέντος ἀλλὰ μόνης τῆς νομῆς αὐτῷ παραδοθείσης, τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα οὐκ ἐστὶν ἄκυρον οὐδὲ διὰ τοῦτο ὁ ἀγοράσας κακῶς νέμεται, ὅτι μὴ κατεβλήθη ἡ ποσότης ἣν δοθῆναι συνεφωνήθη.[1] (Dem. Chom. 300.)

Emptio ex eo quod pretium non fuerit solutum non resolvitur, nisi ab initio per donationem facta sit et emptionis fides in venditione sine quantitate nulla est; quod si ex pretio convento nihil fuerit solutum, sed possessio tantum ei data, huiusmodi contractus non est inutilis neque idcirco qui emit male possidet, quod non est soluta summa, quae ut daretur convenit.

* XIX, 8, 11. Ἐν τῷ περὶ νομῆς δικαστηρίῳ διδοὺς ὁ πράτης τὸ διπλοῦν οὐδὲν ἀπαιτεῖται προφάσει τῶν ἄλλων τῶν ἐξ ἔθους τῇ πράσει συμφωνουμένων καὶ εἰ πωλήσω σοι ἐφ' ᾧ μήτε ἐμὲ μήτε τὸν κληρονόμον μου ἢ τὰ φερόμενα εἰς ἐμὲ πρόσωπα ἐμποδίσαι σοι ἔχειν, καὶ ἄλλος ἐκνικήσει τὸ πραθέν, οὐκ ἐνέχομαι τῇ ἀγωγῇ περὶ τῆς μελλούσης ζημίας οὔτε τῇ ἀγωγῇ τῇ τὸ πρᾶγμα ἀπαιτούσῃ εἰς τὸ διαφέρον, ἀλλ' εἰς τὴν ἀνάδοσιν τοῦ τιμήματος, εἰ μὴ ἄρα συνεφώνησα μηδὲν παρασχεῖν ἐκνικουμένου τοῦ πράγματος ἐν ἀγνοίᾳ του πιπράσκειν ἀλλότριον. Ὁ γὰρ εἰδὼς καὶ τοῦ συμφώνου ὄντος ἐνέχεται τῇ ἀγωγῇ τῇ ἀπαιτούσῃ τὸ πρᾶγμα, οὐ μὴν ἀγνοήσας. ἐνδέχεται γὰρ τὸν πράτην κερδάναι τὸ τίμημα καὶ τὸν ἀγοραστὴν μὴ σχεῖν τὸ πρᾶγμα καὶ ἐπὶ ἀλείας καὶ θήρας· κἂν γὰρ μηδὲν κρατηθῇ, δίδωσιν ὁ ἀγοραστὴς τὸ τίμημα. (Dem. Chom. c. 303.)

In iudicio de possessione a venditore qui duplum det nihil petitur praetextu ceterorum quae in venditione convenire solent et si vendidero tibi ea lege, ut neque ego neque heres meus seu venientes a me personae impedimento tibi sint quominus habeas et alter rem venditam evincat, non teneor actione de futuro damno neque actione empti in id quod interest, sed (solum) ad pretium restituendum, nisi forte pactus fuero me nihil praestiturum propter rem evictam, cum tamen nescirem me rem alienam vendere. Nam qui scivit (rem esse alienam), quamvis id convenerit, tenetur ex empto actione; non vero si ignoravit. Fit enim ut venditor pretium lucrifaciat et emptor rem non habeat etiam in (emptione) iactus retium aut indaginis. Quamvis enim nihil captum sit, emptor pretium solvit. (fr. 15. § 18. D. XIX, 1.)

[1] Errata videtur loci indicatio.

* XIX, 8, 27. *Καὶ ἡ τούτου παραγραφή·*[1] *τουτέστιν ἐπὶ τῷ παραδοῦναι μόνον τὸ πραθὲν καὶ μὴ εὐθύνεσθαι ἐν τῇ ἐκνικήσει.* (Dem. Chom. 303.)

XIX, 8, 52. *νβ'. Ἐὰν διατετιμημένον πρᾶγμα εἰς προῖκα δοθῇ καὶ εὑρεθῇ ὑποκείμενον, ἐκδικεῖται καὶ ὁ δεδωκὼς ἐλευθεροῖ αὐτὸ ἀπὸ τῆς ὑποθήκης.* (Epit. ad Proch. mut. in Bodl. 3399. VIII, 98.)

* ib. 73 sq. *Ἔξεστι δὲ κατὰ νόμους καὶ πιπράσκειν τινὰ τὸ διαφέρον αὐτῷ ἐκ τῶν ἐπικοίνων ὥςπερ οὐκ ἔχουσιν αἱ τοιαῦται πράσεις ἀνατροπὴν ὡς καλῇ πίστει γεγονῖαι καὶ εἰς μερίδα τοῦ πιπράσκοντος πίπτουσαι. οὕτως οὐδὲ τοῦ μερισμοῦ προβαίνοντος ὕστερον λαχεῖν ἑτέραν τοῦτον μερίδα χρεῶν ἢ ἐκείνην ἣν πέπρακεν. εἰ δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραθέντων ἀρμόζει μέρος τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς, ἔξεστι τούτοις αὐτὸ ἐκδικεῖν ὡς βι. ιθ' τί ῑ κεφ. ογ' κεφ. οδ' κεφ. οε' κεφ. ος' ἐν οἷς φησὶν· οὐ δύναται ὁ κοινωνὸς τὸ κοινὸν πρᾶγμα μονομερῶς ἐκποιεῖν· ἐὰν δὲ ἐκποιήσῃ ὁ ἕτερος κοινωνὸς τὸ ἴδιον μονομερῶς ἐκδικεῖ, οὐ μὴν καὶ τὸ τοῦ πεπρακότος κἂν στρατιώτης εἴη.* (Dem. Chom. 427. cf. Suppl. Bas. 83.)

XIX, 10, 38 (34). *Οὐ μόνον ἀπὸ πάθων καὶ αἰτίων ἀναστρέφεται τὰ ὑποζύγια, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὸ ἐπαγγελθὲν ὁ πράτης ἐψεύσατο διὰ τὴν πρᾶσιν.* (De action. p. 65.)

XIX, 10, 43. *Ἐσθότε καὶ τῆς μειούσης τὸ τίμημα ἀγωγῆς κινουμένης ὁ δοῦλος ἀποδίδοται, ἔνθα μὴ συμφέρει τῷ ἀγοραστῇ ἔχειν αὐτὸν ἴσως μαινόμενον ἢ σεληνιαζόμενον.* (De action. p. 65.)

* XIX, 15, 6. *Ἐπειδὴ αὐτὸς ὀνόματι ἰδίῳ καὶ τὴν ἀγορασίαν πεποιήκε καὶ τὸ τίμημα κατεβάλλετο καὶ οὐχ ὅπως οὐδὲ εἰκονικῶς τὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς ὄνομα ἐτέθη· καὶ τοῦτο γὰρ ἀνίσχυρον, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐκείνης ἡ ἀγορασία τῶν τοιούτων ἀμπελώνων προβέβηκεν, ὡς τὸ ς' κεφ. τοῦ ιε' τί. τοῦ ιθ' βι. φησίν.* (Dem. Chom. 234.)

* XXVIII, 4. Additur schol. Eustathii ad. Nov. 22 (*ἑρμηνεύων τὰ τῆς νεαρᾶς ταύτης καὶ ταῦτα προστίθησιν*). *Εἰ καὶ γέγραπται ἐπὶ τούτοις τὸν δευτερογαμήσαντα μὴ κληρονομεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς ὅπως ὁ πατὴρ ἕως ζῇ τὴν χρῆσιν ἔχῃ καὶ ὅτε ἀποθάνῃ, τότε λαμβάνουσι τὰ πράγματα οἱ κληρονομήσαντες ἀδελφοί. εἰ γὰρ ζῶντος τοῦ κυρίου τῶν πραγμάτων, τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ αὐτίκα ἡ χρῆσις δοθήσεται. οὐκ ἔχει οὖν τοῦτο, ὥςτε τόπον ποιεῖν ἡ νεαρὰ οὐ μέντοι καὶ τὰ πράγματα δίδωσιν αὐτίκα.* (Dem. Chom. 159.)

[1] Fragmentum *ἐν μέρει* exhibet Chomat. Integrum ex palimpsesto ambrosiano exhibuimus.

Et eius paragraphe: hoc est (tenetur) solum ut rem tradat et non ut de evictione respondeat. (ad fr. 30. § 1. D. XIX, 1.)

Si res aestimata in dotem data sit et deprehensa sit obligata, luitur et qui dedit eam liberat a pignore. (fr. 52. § 1. D. XIX, 1.

Licet per leges ut quis vendat partem quae ei in re communi competit neque revocantur eiusmodi venditiones utpote quae bona fide sint factae et ad partem venditores referantur. ita neque divisione procedente deinceps alteram hunc partem sortiri debere atque illam quam vendidit. si vero ex rebus ipsis venditis pars ceteris fratribus competit, licet his eam vindicare, ut lib. XIX ti. 8 cap. 73 cap. 74 cap. 75 cap. 76, in quibus dicit (textus): non potest socius rem communem separatim alienare; si alienaverit, alter socius partem suam separatim vindicat, non vero etiam partem vendentis, quamvis miles sit. (c. 1 et sq. Cod. IV, 52.)

Non tantum ob morbos vitiave redhibentur iumenta, verum etiam si promissum venditor mentitus sit propter venditionem. (fr. 38. § 10. D. XXI, 1.)

Aliquando etiam si quanti minoris agatur mancipium redhibetur, cum non expedit emtori id habere, forte furiosum vel lunaticum. (fr. 43. § 6. D. XXI, 1.)

Postquam ipse nomine proprio et emptionem fecit et pretium solvit et ne dicis quidem causa prioris suae uxoris nomen adpositum est (et hoc enim est inutile) sed et post illius mortem emptio eiusmodi vinearum processit, ut cap. 6 tit. 15 libri XIX ait.

Interpretans verba huius Novellae [XXII Eustathius] etiam haec addidit: Etsi scriptum est in his eum non succedere, qui secundas inierit nuptias, sed fratres, tamen pater donec vivit usumfructum habet et cum mortuus fuerit tunc res accipiunt fratres heredes. Nam si vivo rerum domino [moriatur pater], statim ususfructus heredibus eius dabitur. non habet igitur hoc, ut locum habeat Novella; immo et res dat statim.

* [Symbathii schol.] *Καὶ ὁ Συμβάτιος οὕτω περὶ τῆς νεαρᾶς ταύτης φησὶ· Τὰ ὁπωσοῦν περιποιηθέντα τοῖς ὑπεξουσίοις εἴτε ἐκ μητρῴας διαθήκης εἴτε καθ' ἕτερον τρόπον τὴν χρῆσιν ἐχέτωσαν καὶ δευτερογαμοῦντες οἱ τούτων πατέρες, ὑπεξῃρημένων κανστρησίων καὶ ὡσανεὶ κανστρησίων πεκουλίων.* (ib. 158.)

Et Symbathius sic de hac novella loquitur: Eorum quae quomodocunque perveniant ad filiosfamilias sive ex maternis tabulis sive alio modo usumfructum habeant ipsorum patres quamvis ad secundas transierint nuptias, exceptis peculiis castrensibus et quasi castrensibus.

* Paragraphe [*Καὶ ἡ ἔξωθεν τοῦ κεφαλαίου τούτου παραγραφή*]· *Οἱ ἀπὸ πρώτου καὶ δευτέρου γάμου τεχθέντες παῖδες τὸν μὲν κοινὸν γονέα ἀδιάθετον τελευτῶντα κληρονομοῦσιν, ἕκαστος δὲ αὐτῶν τὰ ἐκ τοῦ κάσου τῆς προικὸς περιγενόμενα κέρδη τῷ ἰδίῳ γονεῖ κατ' ἐξαίρετον λήψεται κἂν μὴ τρίτοις γάμοις οἱ δεύτεροι ἐνυβρίσθησαν παῖδες. Ὅσα δὲ ἕτερα μετὰ τὴν προῖκα περιήλθεσαν πράγματα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν κατὰ πρεσβεῖον ἢ ἔνστασιν ἢ ληγάτον ἐκ τῆς δευτέρας συναφείας εἰς τὸ δευτερογαμῆσαν πρόσωπον, ταῦτα κοινῶς ἀναδέξονται οἱ ἀπὸ προτέρου καὶ δευτέρου γάμου παῖδες τοῦ κοινοῦ γονέως τρίτῳ μὴ ὁμιλήσαντος γάμῳ. Φησὶ καὶ ὁ Θαλελαῖος ἐν μέρει ταῦτα· Ὥσπερ τοῦ ἀνδρὸς προτελευτῶντος ἡ γυνὴ δευτέρῳ ἀνδρὶ συναφθεῖσα φυλάττει τοῖς ἐξ ἐκείνου παισὶν ὅσα εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας περιῆλθον, οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ προαποθανούσης, τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς φυλάττειν ὀφείλει τοῖς ἐξ αὐτῆς παισὶ πάντα τὰ εἰς αὐτὸν περιελθόντων ἐκ τῶν αὐτῆς πραγμάτων.* (Dem. Chom. 182.)

Et adiecta huic capitulo paragraphe: Liberi nati ex primis et secundis nuptiis communi genitori qui intestatus decedat succedunt, singuli vero lucra quae dotis causa suo genitori pervenerunt praecipient, quamvis liberi ex secundis nuptiis procreati non sint tertiarum nuptiarum iniuriam passi. Quaecumque autem post dotem obvenerunt vel propter nuptias donationem per legatum vel institutionem vel fideicommissum ex secundis nuptiis ad eam personam, quae ad secundas migravit nuptias, haec communiter accipient liberi a communi genitore, qui ad tertias non processerit nuptias, primis secundisve geniti nuptiis. Ait etiam Thalelaeus in parte haec: Sicuti viri praemortui uxor secundo viro coniuncta liberis ex illo natis omnia servat, quae ex eius substantia proveniunt, ita et vir, eius priore uxore defuncta, liberis ex ea susceptis omnia servare debet quae ad se ex eius rebus obvenerunt.

* XXVIII, 7, 4. (nota Theodori: *ζήτει καὶ τὸν Θεόδωρον ἔξωθεν λέγοντα*)· *Λύσεις τοῦ γάμου ἀτιμώρητοί εἰσιν· τὸ μὴ δύνασθαι τὸν ἄνδρα μιγῆναι τῇ γυναικί, τὸ αἰχμαλωτισθῆναι, τὸ μοναῖσαι, ἐφ' ὧν θεμάτων τὰ εἰρημένα ἤδη κρατεῖ.*

* (Aliud scholion: *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος παλαιὸς λέγων.*) *Ὁ διὰ τὸν μονήρη βίον λύων τὸν γάμον ὑπόκειται τοῖς ἀπὸ τελευτῆς κάσοις.*

(Quaere et Theodorum, qui extrinsecus sit) Nuptiarum solutiones impune fiunt, cum non possit vir coire cum uxore, vel si ab hostibus capiatur monachusve fiat, in quibus casibus quae diximus optineat.

(Dem. Chom. 88.)

* XXVIII, 14, 1. *Εἰ πλειόνων ὄντων παίδων τελευτήσειεν εἷς, εἰ μὲν ἔχει παῖδας, ἐπ' ἐκείνους φέρεσθαι τὸν κλῆρον τοῦτον. εἰ δὲ οὐκ ἔχει παῖδες, μὴ πάντως εἰς τοὺς ἀδελφοὺς τὸ πᾶν ἔρχεσθαι, ἀλλ' ὅσον τὸ ἐκ τοῦ συμφώνου τοῦ ἐξ ἀπαιδίας ἐγένετο τῷ γεγεννηκότι τοῦτο αὐτὸν κερδαίνειν. Τὸ λοιπὸν δὲ συγχωρεῖν ἔρχεσθαι ἐπὶ τοὺς τοῦ παιδὸς διαδόχους, εἴτε ἀδελφοὶ καθεστήκοιεν, εἴτε ἐξωτικοὶ τυχόν.*

Si pluribus liberis extantibus unus moriatur, si quidem filios habet, ad hos hereditas defertur. quod si filios non habeat, non omnino ad fratres universa eius bona deferuntur, sed quantum ex pacto si sine liberis decesserit servatum est coniugi id is lucrari debet. Ceterum conceditur ad filii successores pervenire, sive fratres sint, sive forte extranei.

(Dem. Chom. 208.)

* schol.: *Ἐὰν ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ ἐκποιήσωνταί τι ἔχων παῖδα καὶ τελευτήσῃ, εἰ μὲν ἄνηβος εἴη ὁ παῖς, ἔχει λ' χρόνους μετὰ τὴν ἥβην, ἤγουν*

Si pater vel mater filium habens aliquid alienaverit et decesserit, si quidem impubes filius fuerit, habet (ad vindicandum) triginta annos post puber-

μετὰ τὸ ιδ' ἔτως ἐπὶ τῶν ἀρρένων, ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν μετὰ τὸ ιβ'. Εἰ δὲ οὐκ ἐστιν ἄνηβος ἔχει δεκαετίαν ἢ εἰκοσαετίαν μετὰ κε' ἐνιαυτὸν εἰς παραγραφήν. ταύτην δὲ κινεῖ ὁ παῖς ἐφ' οἷς αὐτῷ διαφέρει· τυχὸν τῆς μητρὸς πωλησάσης τὸ πατρῷον τοῦ υἱοῦ ἢ τοῦ πατρὸς πωλήσαντος τὸ μητρῷον αὐτοῦ. (Dem. Chom. 381.)

* schol. (*ἡ ἔξωθεν τοῦ κεφαλαίου τούτου παραγραφή*)· *ὡσανεὶ πεκούλιον τὰ ἐκ βασιλικοῦ δωρεᾶς καὶ τὰ ἀπὸ διαδοχῆς ἀδελφῶν καὶ τὰ ἐκ τοῦ γάμου τοῦ πρὸ τοῦ πενθίμου παρὰ τῆς μητρὸς δοθέντα ὑπὲρ ἀτιμίας φησὶν εἶναι καὶ ὁ παλαιὸς τῶν ἁρμοζόντων τοῖς παισὶ καθ' οἱονδήποτε τρόπον προκτήσεων.* (Dem. Chom. 129.)

XXXI, 2, .. *Καὶ ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ καὶ ὁ πάτρων τῷ ἀπελευθέρῳ τίμιος καὶ ἅγιος νομίζεται.* (Epanag. aucta LII, 125.)

XXXI, 2, (7). *Ὁ ἀνήρ σου ἐὰν ὑπεξούσιός ἐστι τοῦ πάππου*[1] *εἰ μὴ δείξῃ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἀπολυθῆναι.* (Epan. aucta XLVI, 16.)

XXXI, 6, 5. *Οἱ πάτρωνες καὶ οἱ ἀπελεύθεροι τρέφουσιν ἀλλήλους.*

Ἐάν ἀρνοῦνται οἱ ἀπελεύθεροι τρέφειν, τὰ περὶ τούτων ψηφίζεται ἕνεκα τῆς ἀποτροφῆς ὁ δικαστής. ἡ δὲ ψῆφος τῆς ἀποτροφῆς οὐκ ἀναιρεῖται τὴν προκρίματος ζήτησιν τῶν ἀπελευθέρων.

Ἀλλὰ καὶ ὁ μητρῷος ἀπελεύθερος τρέφει. ὁμοίως καὶ ἡ ἀπελευθέρα.

(Epan. aucta XXXVIII, 60—62. 64.)

XXXI, 6, 6. *Ὁ πάτρων οὐκ ἀναγκάζεται τρέφειν τὸν ἀπελεύθερον. μὴ τρέφων δὲ αὐτὸν ἐκπίπτει τῶν διὰ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιτεθέντων καὶ τοῦ πατρωνικοῦ δικαίου.*

(Epan. aucta XXXVIII, 65.)

XXXI, 9, 1. *Ἐὰν ἐπιφέροντος τοῦ κληρονόμου ὁμόσῃ ἐγκυμονεῖν ἡ γυνὴ, φυλάττεται ὁ ὅρκος καὶ οὐκ ἐνέχεται ὡς συκοφαντίᾳ εἰς νομὴν πεμφθεῖσα, οὔτε γίνεται αὐτῇ βία μετὰ τὸν ὅρκον. μετὰ δὲ τὸ τεκεῖν ζητεῖται, εἰ ἐκ τοῦ τελευτήσαντος ἦν ἔγκυος. οὔτε γὰρ ἄλλῳ τοκετῷ συμβάλλεται ἢ λυμαίνεται ὁ ἑτέρου ὅρκος.*

(Epan. aucta XX, 46.)

XXXIII, 1, 1. 2. *Καὶ διὰ τῆς θέσεως γίνεταί τις ὑπεξούσιος. καὶ υἱοθετοῦνται μὲν ὑπεξούσιοι, υἱοθετοῦνται δὲ καὶ αὐτεξούσιοι.*

Οἱ μὲν ὑπεξούσιοι ἐπὶ τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ αὐτεξούσιοι ἐπὶ βασιλέως.

tatem (h. e. post XIV annum in masculis, post XII in feminis). Si vero non fecerit impubes, tum habet decem seu viginti annos post XXV^{um} annum. Hanc actionem intendit filius de bonis, quae ad cum pertinent; veluti si mater patronem filii rem, aut pater maternam vendiderit.

Extrinsecus huic capitulo adiecta extrinsecus paragraphe: quasi peculium ea, quae ex principis donatione et quae ex fratrum successione proveniunt et quae a matre propter matrimonium ante luctus tempus (decursum) contractum data sint propter ignominiam, esse dicit et vetus (interpres) adquisitionum quae filiis quomodcunque competunt (ea esse).

Et pater filio et patronus liberto honestus ac sanctus videtur. (fr. 9, D. 37, 15.)

Maritus tuus si constitutus sit in potestate avi, [filius vester est in potestate avi], nisi probaverit se ab eo manumissum esse. (c. 7. C. VIII, 46.)

Patroni ac liberti se invicem alunt.

Si negent liberti se alere oportere patronos, de alimentis iudex cognoscit. Decretum autem alimentorum non tollit praeiudicii certamen liberto.

Sed et maternus libertus alit. Similiter etiam liberta. (fr. 5. § 18 sq. D. XXV, 3.)

Patronus non compellitur alere libertum. Sed si eum non alat, libertatis causa imposita amittit et ius patronatus.

Si deferente herede mulier iuraverit se praegnatem esse, iusiurandum servatur nec tenetur quasi calumniae causa in possessionem missa, nec vis ei fit post iusiurandum. Post partum autem quaeritur, an ex defuncto praegnas fuerit. Neque enim alteri partui prodest aut nocet alterius iusiurandum. (fr. 1 pr. D. XXV, 6.)

Etiam per adoptionem aliquis sub potestate fit. Et adoptantur quidem filii familias, arrogantur etiam qui sui iuris sunt.

Filiifamilias imperio magistratus, qui sui iuris sunt auctoritate principis.

[1] Desunt fere haec: *ὁ ὑμέτερος υἱὸς ὑπεξούσιός ἐστι τοῦ πάππου.*

Ἐὰν υἱοθετήσωμαι αὐτεξούσιόν τινα, ἕξω καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας ὑπεξουσίους ἐν τάξει ἐκγόνων. (Epan. aucta XLIV, 7—9.)

Si eum qui sui iuris est arrogavero, etiam liberos eius in potestate habebo loco nepotum. (fr. 1. 2 pr. § 2. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 8—10 (6—8). *Δεῖ τὸν κουράτωρα συναινεῖν τοῦ ἀφήλικος διδομένου εἰς θέσιν.*

Curatorem consentire oportet cum minor arrogatur.

Ὁ τυφλὸς εἰς θέσιν καὶ λαμβάνεσθαι καὶ λαμβάνειν δύναται.

Caecus adoptari et adoptare potest.

Ἐὰν συναινοῦντος τοῦ υἱοῦ μου υἱοθετήσωμαι ὡς ἐξ αὐτοῦ ἔγγονον, οὐκέτι γίνεταί μοι ὑπεξούσιος. (Epan. aucta XLIV, 10—12.)

Si consentiente filio meo adoptavero quasi ex eo nepotem, non agnascitur mihi suus heres. (fr. 8—10. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 12 (10). *Ὁ θετὸς υἱός μου ὑπεξελθὼν τῆς ὑπεξουσιότητος*[1] *οὐχ ὑποστρέφει εἰς αὐτὴν εὐσχημόνως εἰ μὴ δι' υἱοθεσίας.* (Epan. aucta XLIV, 13.)

Qui liberatus est patria potestate non revertitur in eam honeste nisi adoptione. (fr. 12. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 25 (21). *Τῆς θυγατρός μου ζησάσης ὡς αὐτεξουσίας καὶ διαθεμένης οὐ δύναμαι μετὰ θάνατον αὐτῆς λέγειν· ἀνισχύρως αὐτὴν αὐτεξούσιαν ἐποίησα, εἰ μὴ τοῦτο διὰ μαρτύρων ἀποδείξω.*[2] (Epan. aucta XLVI, 15.)

Si filia mea ut mater familias vixerit et testata sit, non possum post mortem eius dicere, me eam non iure emancipasse, nisi hoc per testes probavero.[1] (fr. 25 pr. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 26. 27 (22. 23). *Υἱοθετηθεὶς παρὰ τοῦ αὐτεξουσίου μου υἱοῦ οὔκ ἐστί μου ἔγγονος.*

Qui a filio meo emancipato adoptatus est, is nepos mihi non est.

Ὁ ἀπὸ θετοῦ υἱοῦ τεχθεὶς τοῦ θετοῦ ἐγγόνου τάξιν ἔχει. (Epan. aucta XLIV, 15. 16.)

Ex adoptivo natus adoptivi nepotis locum obtinet. (fr. 26. 27. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 30 (26). *Ὁ μὴ ἔχων γαμετὴν δύναται υἱοθετεῖν.* (Epan. aucta XLIV, 17.)

Qui uxorem non habet adoptare potest. (fr. 30. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 34. 35 (30. 31). *Ἐὰν υἱοθετήσωμαί τινα ἐπὶ τῷ μετὰ τριετίαν δοῦναι σοὶ αὐτὸν εἰς θέσιν, οὐκ ἐνέχομαι· πρόσκαιρος γὰρ υἱὸς οὐκ ἐστὶν.*

Si quem adoptaverim hac lege, ut eum post triennium tibi in adoptionem darem, non teneor: temporalis enim filius non datur.

Συγκλητικὸς ἢ συγκλητικοῦ υἱὸς ἐὰν ὑπ' ἰδιώτου υἱοθετηθῇ, μένει ἔχων τὸ ἀξίωμα. διὰ γὰρ τῆς θέσεως οὐ μειοῦται, ἀλλὰ αὔξει μᾶλλον τὸ ἀξίωμα. (Epan. aucta XLIV, 18. 19.)

Senator vel senatoris filius si a privato adoptatus sit, retinet dignitatem. Per adoptionem enim non minuitur, sed potius augetur dignitas. (fr. 34. 35. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 37. 38 (33. 34). *Ὁ μὴ ἔχων υἱὸν υἱοθετεῖ ἔγγονον.*

Qui filium non habet, nepotem adoptat.

Ἐὰν αὐτεξούσιον ποιήσω ἢ παράσχω εἰς θέσιν τὸν θετόν μου υἱόν, οὐ δύναμαι πάλιν αὐτὸν υἱοθετεῖσθαι.

Si emancipaverim vel in adoptionem dederim filium meum adoptivum, non possum iterum eum adoptare.

Ἡ ἄκυρος υἱοθεσία δύναται διὰ βασιλέως βεβαιοῦσθαι. (Epan. auct. XLIV, 20—22.)

Adoptio non iure facta potest a principe confirmari, (fr. 37. 38. D. 1, 7.)

XXXIII, 1, 39 (35). *Ἐὰν εἰς υἱοθεσίαν λάβω αὐτεξούσιον, οἱ παῖδες αὐτοῦ γίνονταί μου ἔγγονοι· εἰ δὲ ὑπεξούσιον υἱοθετήσωμαι, οἱ παῖδες αὐτοῦ μένουσιν ὑπεξούσιοι τοῦ φυσικοῦ πάππου.*

Si patremfamilias arrogaverim, liberi eius efficiuntur nepotes mei. Sin filiumfamilias adoptaverim, liberi eius retinentur in potestate naturalis avi.

Ὁ σπάδων διὰ τῆς θέσεως κτᾶται ὑπεξούσιον κληρονόμον. (Epan. aucta XLIV, 23. 25.)

Spado arrogando suum heredem sibi adsciscit. (fr. 40. D. 1, 7.)

---

[1] Tip. *κεφ. ιβ' οὗ ἡ ἀρχή· ὁ ἐξελθὼν τῆς ὑπεξουσιότητός μου.* Ita ergo legendum. [2] lege: *ἢ μὴ—ἀπέδειξα.*

[1] Sed textum corrige ac verte: vel id non feci praesentibus testibus.

XXXIII, 1, 44 (40). *Τὰ βάρη τοῦ υἱοθετηθέντος πρὸς τὸν υἱοθετησάμενον μετέρχεται, καὶ ἀνάγκην ἔχει τοῦ τρέφειν αὐτὸν καὶ ἀνάγειν καὶ πάντα πράττειν, ὅσα καὶ ὁ φυσικὸς πατὴρ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις παισίν.* (Epan. aucta XLIV, 24.)

XXXIII, 2, 3.[1] *Μηδεὶς τὸν ἐκτεθέντα ὑπὸ δεσποτείαν ἰδίαν ποιείτω εἴτε ἀπὸ εὐγενοῦς ἐτέχθη ἢ ἀπελευθέρας ἢ δούλης. ἀλλὰ μηδὲ ὁ λαβὼν καὶ τρέψας τοῦτο ποιείτω ὡς ἀπὸ εὑρέσεως τρέφων, ἀλλ' εὐγενὴς ἔστω καὶ αὐτῷ προσποριζέτω εἰς τὴν ἰδίαν πέμπων γονήν· μήτε οἱ ἀναλαμβάνοντες αὐτοὺς εἰς δουλείαν τούτους φερέτωσαν. ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ ἔκδικοι τῶν πόλεων καὶ πᾶσα ἀρχή.* (Epan. aucta XLIV, 12.)

Onera filii adoptati ad patrem adoptivum transferuntur, et compellitur alere eum et educare et omnia facere, quae naturalis pater liberis suis [facturus erat]. (fr. 45. D. 1, 7.)

Nemo expositum in suum dominium vindicet, sive ab ingenua natus sit sive a liberta vel ancilla. Sed neque is qui eum suscepit et aluit hoc faciat quasi inventum aluerit, sed liber esto et sibi acquirat et in posteritatem suam transmittat, nec qui eos sustulerunt illos in servitutem trahant. Haec observent praesides et episcopi et defensores civitatum et omnis magistratus. (c. 3. C. VIII, 51.)

XXXIV, 1, 5. 6 (3. 4). *Οἱ ὑπόσπονδοι παρ' ἡμῖν ἐλεύθεροί εἰσι καὶ κύριοι τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ οὐ χρεία δικαίου ὑποστροφῆς.*

Foederati apud nos liberi sunt et domini rerum suarum, nec opus est iure postliminii.

Ἐλεύθερος δῆμός ἐστιν ὁ μὴ ὑποκείμενος ἑτέρῳ δήμῳ[2] *εἴτε δὲ ἐξίσου ποιησώμεθα πίστεις εἴτε ἐπὶ τὸ φυλάττεσθαι τὴν πολιτείαν ἡμῶν δι' αὐτοῦ.* (Epan. aucta XLVIII, 2—4.)

Liber populus est qui non est subiectus alteri populo, [sive is foederatus est], sive aequaliter in amicitiam venit, sive ut civitas nostra per illum conservetur. (fr. 7. D. XLIX, 15.)

XXXIV, 1, 8. *Ὁ παρὰ τοῖς πολεμίοις συλληφθεὶς καὶ τεχθεὶς διὰ τοῦ δικαίου τῆς ὑποστροφῆς λαμβάνει τὰ δίκαια αὐτοῦ.* (Epan aucta XLVIII, 5.)

Apud hostes susceptus et natus iure postliminii iura sua recipit. (fr. 9. D. XLIX, 15.)

XXXIV, 1, 18. *Ἐὰν πλείονος πωλήσω τὸν ἀπολελυτρωμένον, μόνα διδοὺς τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ παρ' ἐμοῦ τοῖς πολεμίοις ἐλευθεροῦται, καὶ ὁ ἀγοραστὴς εἰς τὸ περιττὸν ἔχει κατ' ἐμοῦ ἀγωγήν.* (Epan. aucta XXI, 47.)

Si pluris vendidero redemtum, si tantum ea quae pro ipso a me hostibus soluta sunt praestiterit, liber fit, emtorque adversus me actionem habet in id quod excedit. (fr. 19. § 9. D. XLIX, 15.)

XXXIV, 1, 19 (16). *Ἐὰν ἐν εἰρήνῃ συμφωνηθῇ ὑποστρέψαι τινὰς τῶν αἰχμαλώτων καὶ ἑκουσίως ἀπομείνωσι παρὰ τοῖς πολεμίοις, οὐκ ἔχουσι μετὰ ταῦτα τὸ δίκαιον τῆς ὑποστροφῆς.* (Epan. aucta XLVIII, 12.)

Si in pace convenerit nonnullos captivos redire et sponte remanserint apud hostes, postea non habent ius postliminii. (fr. 20 pr. ibid.)

XXXIV, 1, 19 (16). *Τὸ ἀγορασθῆναί τινα παρά τινος ἀπὸ πολεμίων εὐχέρειαν αὐτῷ δίδωσι τῆς ἐπανόδου, οὐ μὴν τὸ δίκαιον ἐναλλάσσει τῆς ὑποστροφῆς.* (Epan. aucta XXI, 48.)

Redemtio ab hostibus facultatem redeundi praebet, non autem ius postliminii mutat. (fr. 20. § 2 ibid.)

XXXIV, 1, 20 (17). *Οἱ λαμβανόμενοι ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις οὔκ εἰσιν αἰχμάλωτοι.* (Epan. aucta XLVIII, 14.)

Qui capiuntur in civilibus bellis, non sunt captivi. (fr. 21. § 1 ibid.)

XXXIV, 1, 21 (18). *Ἐὰν οἱ αἰχμάλωτοι παρὰ τοῖς πολεμίοις ἀποθάνωσι, τὰ πράγματα αὐτῶν ἐκείνοις διαφέρει, οἷς ἤμελλε διαφέρειν, εἰ μὴ ἐλήφθησαν ἢ ὑπέστρεψαν.* (Epan. aucta XLVIII, 15.)

Si captivi apud hostes decesserint, bona eorum ad eos pertinent, ad quos pertinerent si capti non essent aut rediissent. (fr. 22 pr. ibid.)

[1] Unde supple quae ex palimpsesto p. 39—40 exhibuimus. [2] Supple *εἴτε ὑπόσπονδός ἐστιν.*

XXXIV, 1, 23 (20). *Πολέμιοί εἰσιν οἱ κρίνοντες πρὸς ἡμᾶς καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτοὺς δημόσιον πόλεμον. οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι λῃσταί εἰσι, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῶν λαμβανόμενοι οὔκ εἰσιν αἰχμάλωτοι καὶ οὐδὲ χρῄζουσι δικαίου ὑποστροφῆς.* (Epan. aucta XLVIII, 19.)

Hostes sunt, qui adversus nos et nos adversus illos publicum bellum decernunt. Qui tales non sunt, latrones sunt, et qui ab iis capiuntur, non sunt captivi nec iure postliminii opus habent. fr. 24 ib.

XXXIV, 1, 26 (22). *Ἐὰν δοῦλον ἁρπάσωσι λῃσταὶ καὶ ὑπὸ τοὺς πολεμίους αὐτὸν γενόμενον ἀγοράσω αὐτόν, οὐ διὰ τὸ χρᾶσθαι δεσπόζω τούτου διὰ τὸ κλοπιμαῖον εἶναι.* (Epan. aucta XXI, 50).

Si servum rapuerint latrones eumque, cum in hostium potestatem pervenisset, emerim, usucapere eum non possum quippe furtivum. fr. 27 ibid.

